Unde Chrysо. Uirtꝰ xp̄i apparuit corā eo. id ē. custode illoꝝ aialiū ad uandū ignotis ⌊ Hoc aūt factū ē vt adimpleret qđ dictuz est p ꝓphām dicentē ⌋ Zach. ix. ⌊ Dicite filie syon ⌋ Ly. B est ciuitati hierlm q̄ dicebatur filia syon. qz in monte syon erat fortalicium ciuitatis z ptegebat ciuitas ab illa pte sicut filia a matre ⌊ Ecce rex tuꝰ ⌋ id ē. xp̄us ⌊ venit tibi mansuetꝰ sedēs sup asinā z pullū filiū subiugalis ⌋ p̄mo ei sedit sup pullū qz iñ nō erat domitꝰ. qz nondū fuerat applicatꝰ humanis usibꝰ. vt dr Mar. xi. et Luce xix. Ideo sedit postea sup asinā. Hoc aūt factum est in figura. qz p pullū significatur ꝑplus gentilis q̄ nō fuerat subiectus iugo legis. p asinā vo ꝑplus iudaicꝰ q̄ laborauerat sub lege. Ad B aūt veniebat xp̄s in mūdū vt vtrūq; ꝑplm subiugaret sibi p fidē catholicā. Notandū āt q̄ huic facto adhibet ꝓphete zacharie testimonium vt appareat dñm ihesū oia q̄ de ipo scpta sūt cōpleuisse. sed scribe et pharisei cecati malicia non intellexerūt ea q̄ legerūt. Et istud dictū ꝓphetie extendit ad duplicē aduentū xp̄i scilz ad aduentū in carnē. et sic legit B euangeliū i ꝓma dñica aduent. p̄m rubricā ordinis p̄dicatoꝝ. et ad aduentū in hierlm. et sic legitur in dñica palmaꝝ. ⌊ Eūtes āt discipuli fecerūt sicut p̄cepit illis ihesus. z adduxerūt asinā et pullū. et imposuerūt sup eos vestimenta sua. et eum desup sedere fecerunt. ⌋ hec fuit reuerentia quā discipuli xp̄o exhibuerūt. qz nō ꝑmiserūt eū equitare supernudo. sed ei loco selle vestimēta sua imposuerūt. ⌊ plurima aūt turba strauerē vestimēta sua in via ⌋ scz sub pedibꝰ asine ne offenderet ad lapidem. Et etiā B factū est ipi xp̄o a ꝑplo in signū reuerentie ⌊ Alij autez cedebant ramos de arboribꝰ et sternebāt in via ⌋ qđ erat alacritatis et gaudij signū vt dicit Hiero. Et est verisimile q̄ de oi genere pulcraꝝ arboꝝ et p̄cipue oliuaꝝ. Uñ ecclesia cantat. Pueri hebreoꝝ tollentes ramos oliuaꝝ. ꝛc. Cantat etiā de floribꝰ et palmis. Occurrūt turbe cuz floribꝰ z palmis. In illa enī calida regiōe tūc arbores citius florent. Ideo ē credibile q̄ ꝑ pulchriores frondes cū floribus suis vel etiā flores alios de terra carpebāt ꝑ amenitate et locūditate ostendēda. ⌊ turbe aūt q̄ precedebant et que sequebant clamabant dicētes. Osanna filio dauid ⌋ cū ei xp̄s esset i descēsu montis oliueti auditū est hierosolimis de aduentu eius. et tūc turba multa q̄ conuenerat ad diē festū ꝓcessit ei obuiā. qa audierant miraculum de suscitatione lazari. Multa etiā turba comitabat eū de betania veniendo. et sic oēs simul scz obuiātes et comitantes fecerūt ei reuerentiā clamātes et dicētes. Osāna filio dauid. Osanna interp̄tatur. obsecro dñe saluuz me fac. Filio dauid. i. p filiū dauid. scz xp̄m. ⌊ bñdictꝰ q̄ venit ⌋ i. a dño deo missus ⌊ in noīe dñi ⌋ Unde p̄s. Narrabo nomen tuuz fratribꝰ meis ¶ Item p̄m Marcum turbe adhuc adhūc ferunt secundā laudē dicētes. Benedictū regnū patris nostri dauid. q̄ dicerēt Benedictū regnū patris nostri dauid qđ restituitū est nūc in aduentu tuo. Item p̄m Lucam tertiā laudē addiderunt dicentes. Pax in celo et gloria in excelsis. Item p̄m Johannē quartā laudē addiderē dicētes. Benedictꝰ rex israel q̄ venit i noīe domini. Et sic receperūt eū oēs turbe tanq̄ regez. ¶ Circa p̄ns euangeliū vbi dicit. Ecce rex tuꝰ venit tibi mansuetꝰ. est diligenter sciendū q̄ aduentꝰ xp̄i desiderabat a suppliozibꝰ scz ab angelis. vt restaurarent. Nam p̄ incarnationē filij dei sedes demonū cadentiū sūt implete. Item desiderabat ab inferioribus scz a sanctis patribꝰ de limbo vt inde extraherent. q̄ ibi detinebāt captiui. q̄ p aduentū filij dei sūt liberati. vt patz Zach. xi. Tu autē in sanguīe testamēti eduxisti vinctos de lacu in q̄ nō erat aqua ꝛc. Item desiderabat a modernis q̄ ꝑ tunc erant i medio. i. in mundo vt in eius fide et merito saluarent. non descendētes amplius in infernū. qz post eius aduentum celum ascēdunt oēs q̄ credūt in ip̄m in vita glie permansuri. vt patet Joh. iij. Sic deꝰ dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitū daret. vt oīs

qui credit in ipm non pereat.sz habeat vitam eternā. ¶ Item diligenter notandus q totum temp⁹ ante aduentū xpi fuit tempus rigoris et iusticie. Nam deus in eo magnam iusticiam exercuit.vt patet in lucifero z angelis eius qs ppter motum vnum superbie de celo proiecit Esa .xiiij. Item patz in primis parentib⁹.quos ppter vnum pomū vetitū qd comederūt de paradiso eiecit. Geñ.iij. Item patet in diluuio.in q ppter peccatū carnis totum gen⁹ humanū submersit.exceptis octo hominibus.Geñ.vij. Item etiā patz in quinq ciuitatib⁹ sodoma. gomorra.abdama.seboiz.et segor.vt patet Geñ.xix. Pluit dominus super sodomaz et gomorrā sulphur et ignem de celo z subuertit has ciuitates et omnē circa regionē vniuersos habitatores vrbiū.et cuncta virentia terre. Item patet in multis locis veteris testamenti.vbi ostenditq deus magnas iusticias exercuit in homies. Nam p̄sona et admirāda iusticia oēs p̄archas et ppbetas.ac etiā omnē homiem q̄ntumcūqz sancte viueret mittebat ad carcerem inferni Geñ.xxxvij. Descendam ad filium meū lugens in infernū.ac etiam Johannē baptistam de quo xps testatus est. Quz inter natos mulierū non surrexit maior Johanne baptista Matth.xj.ca. Unde psal. Domine in celo misericordia tua. q misericordia pro tunc videbatur esse in celo cū angelis. Ut vbi venit plenitudo temporis Gal.iiij. cz tempus gratie et misericordie. quod incepit in aduentu xpi. circūquaqz regnat et pualet misericordia iusticie. Uñ ps.cxviij. Misericordia tua dñe plena est terra. Hoc sic probatur. quia christ⁹ post aduentum suū regnū celorum preciosissimum vili precio vēdidit. Nam primo ipm dedit apostolis p nauī et reti.vt ptz Matthei.iiij.relictis retibus et nauī secuti sunt eum. Secundo zacheo dedit pro dimidio bonorum suoz.vt patet Luce.xix. Ecce dimidium bonoz meorum domine do pauperib⁹. Tertio dedit alijs pro residua parte diuitiaz suaruz.vt patet Luce.xj. Quod superest date elemosynam. et ecce omnia munda sunt vobis. Quarto quibusdam dat pro duobus eribus minutis.sicut paupercule vidue.vt patz Luce.xxj. Uidit aūt iesus et quandam viduā pauperculā mittentem era minuta duo. Quinto quibusdam pro calice aque frigide.vt patz Matthei.x. Quicunqz potum dederit vni ex minimis meis istis calicem aque frigide nō perdet mercedem. Sexto quibusdam pro sola bona voluntate vt latroni in cruce q̄ dixit. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum.et respondit ei xpus. Amen dico tibi hodie mecum eris i paradiso. Unde Augustinus Coronat de⁹ intus voluntatem vbi non inuenit facultatē ¶ Item notandum q Hugo de prato super predicta verba. Ecce rex tuus veit tibi mansuetus .dicit q dominus iesus christ⁹ venit nobis septem modis. Primo venit vt lux ad nos illuminandum.quia omēs ceci eramus.vt patet Esaie. ix. Habitantibus in regione vmbre mortis.lux orta est eis. Secundo venit vt medicus ad sanandum.quia omnes infirmi ad mortem iacebamus. Unde Psal.cvj. Misit vbum suum et sanauit eos. Tertio venit vt iust⁹ ad iustificandum et peccata remittendus quia omnes peccauimus. Juxta illud ad Roma.iij. Omnes peccauerunt et egent gratia dei. Matthei.ix. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Quarto venit vt ignis ad inflāmandum. quia in dei amore et proximi omnes frigidi manebamus vt patet Luce.xij. Ignem veni mittere i terram. Quinto venit vt redemptor ad p̄cūi nobis soluendum. quia omēs pro delicto primoz parentū in carcere inferni detinebamur. Unde apostol⁹ j. Corinth.vj. Empti enim estis precio magno. Sexto venit vt vita ad viuificandū. quia omnes vita glorie carebamus propter originale peccatū. Septimo venit vt dominus omnipotēs. ad patriam nostram nos deducendo. vt patz Michee.ij. Ascendet enim pandens iter añ eos. Hec hugo de prato.

Dominica secunda aduentus.
Euangeliū scōm Lucam.xxj.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Erūt signa in sole et luna et stellis. et in terris pressura gentiū pre cōfusione sonitus maris et fluctuū arescentibus hominib⁹ pre timore et expectatione que superueniēt vniuerso orbi. Nam virtutes celoꝝ mouebūtur. Et tūc videbūt filium hois venientem in nube cuꝝ potestate magna et maiestate. His aūt fieri incipientib⁹ respicite ⁊ leuate capita vestra. quoniam appropinquabit redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores. cū pducūt iam ex se fructum. scitis quoniā ppe est estas. Ita et vos cuꝝ videritis hec fieri scitote quoniaꝝ ppe est regnū dei. Amē dico vobis. qz nō preteribit generatio hec. donec oia fiant. Celum et terra transibūt. verba autez mea non transibūt.

Postilla

Erunt signa in sole et luna et stell. ⁊c. Luc. xxj. Matthei. xxiiij. Mar. xiij. Hec predixit dñs Jesus Anno eius. xxxiij. xj. kal. aplis. feria tertia. luna. xij. indictione. vj. Ante initiū hodierni euangelij scribit sctūs Lucas in eodem capitulo. qz xp̄s p̄dicens temp⁹ extremi iudicij dixit. Surget gens contra gentem et regnū aduersus regnum. et terremotus erunt magni per loca. et pestilētie et fames. terroresqz de celo. et signa magna erunt. Ve pregnantib⁹ et nutrientib⁹ in illis diebus. Item de extremo iudicio dr etiā Luce. xvij. Sicut fulgur choruscās de sub celo in ea q̄ sub celo sunt. ita erit filius hois in die sua. scz aduent⁹ ad iudiciuz. Et sicut factū est in dieb⁹ noe. ita erit in dieb⁹ filij hois. Edebant et bibebant vxores ducebant et dabant ad nuptias vsqz in diem qua intrauit noe archam et venit diluuiū et perdidit omnes. Similiter sicut factū ē in diebus loth. Edebant et bibebant emebant et vendebant. plantabant et edificabant. qua die autem exijt loth a sodomis pluit ignem et sulpbur de celo. et omnes perdidit. Scōm hec erit qua dei filius hominis reuelabitur scz in die iudicij. Unde etiam de hoc dr. j. Thes. v. Cum dixerit pax et securitas tūc repentin⁹ eis superueniet interitus.

Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. Lu. xxj. Matth. xxiiij. Mar. xiij. Sed que erunt ille signa declaratur. Primo vt habet Joelis. ij. Sol quertetur in tenebras. ⁊ luna in sanguinem anteq̄z veniat dies domini magnus et terribilis. Item ostensū est Johanni. vt habet Apocalip. vj. Sol factus est niger tanq̄z saccus cilicinus. et luna tota facta est sicut sanguis. et stelle de celo ceciderunt super terram. Item xp̄s dic̄ matthei. xxiiij. Sol obscurabitur et luna non dabit lucem suam. et stelle cadent de celo. Hoc nō intelligitur q̄ cadent de firmamēto. quia minima stella ꝑm astronomos ē maior q̄z tota terra. sed tante impressiones et choruscationes erūt in aere decurrētes ad terrorem malorū vt a simplicib⁹ hominibus stelle cadere putabuntur. Un Augustinus. Tam seua erunt iudicia dei q̄ ipsum sol aspicere non audebit. ⌊ et i terris pressura gentiū pre ꝓfusione sonit⁹ maris et fluctuū ⌋ Glo. appropinquante extremo iudicio erit sonitus maris terribilis et fluctuum ei⁹. Nam mare eleuabit̄ vltra altitudinem montiū quadraginta cubitis. vñ Psal. xcij. Mirabiles elatōes maris. Tūc illi qui ppe mare habitabunt in vallib⁹ fugient ad loca montana. ⁊ cōpment se ppt sonitū maris. ⌊ arescentibus hominibus ⌋ Gor. quia sicut mentem securitas reficit ⁊ impiguat. ꝑm illud Prouer. xv. Secura mens quasi iuge cōuiuium. sic timor aute

nuat et exiccat. ſm illd ꝓuerbioꝝ. xvij. Spūs triſtis exiccat oſſa ꝑ timore ſcz inſtantiū malorꝝ et expectatione. ſcilz futurorꝝ adhuc diſtantiū que ſcz timor ⁊ expectatio ſupueniet deſup ſcilz de celo vniuerſo orbi nō tantū parti. Ex q̄ ꝓz q̄ nullus erit locꝰ refugij. vt patet Mathē. xxiiij Erit tūc tribulatio qualis nō fuit ab initio mundi vſq; modo neq; fiet. vt patet Da. nielis. x. Veniet tale tempꝰ quale nō fuit ex q̄ gentes eſſe ceperūt nam vtutes celorum mouebūtur .i. angeli ad modū tremētiū ſe habebunt. Et angeli dicuntur vtutes celorum. quia ſunt inhabitatores celorū. vñ Chryſoſtomꝰ Angeli q̄ in iudicio aſtabūt nihil ſibi conſcij videbūt infinitam multitudinem condemnari non intrepide. ſz cū magno tremore illic ſtabunt Et tūc videbunt filium hominis ſcz tam boni q̄z mali. Quia ſm magiſtrum ſententiarum libro quarto. Chriſtus dominus i forma hominis iudicabit. et in illa ab omnibus videbitur. Erit tamen differentia ex parte vidētium. quia boni videbunt eum cū magno gaudio et gloria. ſed mali cum confuſione et pena. Unde etiam ſanctus Thomas i quarto diſ. xlviij. ſicut viſio glorie humanitatis chriſti erit iuſtis in premiū. ita inimicis xp̄i erit in ſupplicium. venientem ſcilicet ad iudicium. in nube ſcilz lucida. cuz poteſtate magna et maieſtate quia cum angelis et omnibus ſanctis in celo exiſtentibus. Et tunc congregabit omnes gentes in vallem ioſaphat. vt habetur Joelis. iij. Hieronymus vero dicit. Nō intelligendū eſt q̄ in illa parua valle concludātur innumerabilia milia hominum. ſed in locis circūiacentibus. Nam boni in aere cum chriſto ſtabunt. Mali vero in terra quorum infinitus erit numerus. Cū quibus verus et iuſtus iudex contendet et diſceptabit. Conſequenter in euangelio bodierno poſt timorē reprobꝝ ponitur conſolatio electorꝝ cum dr. His aūt fieri incipientibus reſpicite ꝑ fidem et leuate per ſpem capita veſtra .i. corda veſtra. vnde Gregoriꝰ. Capita leuare eſt mētes ad gaudia celeſtis patrie erigere. quoniā aꝑpropinquabit redemptio veſtra id eſt. glorificatio animaꝝ et corporꝝ. quia poſt mundi ruinam ſequetur beatitudo. que erit in glorificatione corporis et anime Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneā ⁊ omnes arbores. cum producunt iam ex ſe fructum ſcitis quia prope eſt eſtas. ita et vos cum videritis hec fieri ſcitote quoniā prope eſt regnum dei Unde Hieronymus. Cum ramus ficus tener eſt. et folia nata. et gemme in florem germinant. ⁊ cortex folia parturit. tunc intelligitis veris et eſtatis aduentum. Sic cum omnia q̄ ſcripta ſunt et que chriſti aduentuz precurrere debent videritis. ſciatis quia prope eſt aduētus chriſti ad iudicium. Sequitur certitudo predictorꝝ cum dr Amen dico vobis quia non preteribit generatio hec id ē. genus humanum donec omnia fiant. ſcilz que dicta ſunt Celum et terra tranſibūt id eſt. depoſita priori forma innouabūtur permanente tamen ſubſtātia. Nam terra aqua aer et ignis et omnia elementa conflagratione ignis mundabuntur. Erit enī terra ſicut criſtallus pura. aqua et aer obſcuritate frigiditate fumoſitate priuabunt ⁊ omnem frigiditatem caliditatem fumoſitatem et impuritatem ab elementis ſeparabit. et in infernum detrudet. vt mali inſinitties plus habeant de frigore. de calore. d fetore q̄z habuerunt verba autē mea non tranſibunt ſcz ſine effectu impletionis. vñ Hyeronymus. Facilius eſt tranſire terrā q̄z chriſti verba. Nam ſi omnia que i lege et prophetis ſcpta ſunt impleta ſunt et adimplebuntur. quomodo ergo chriſti vba que per ſe perſonaliter eſt locutus non adimpleri debeant. Ergo verba chriſti non tranſibūt incompleta. ſed minima littera complebitur. vt patet Mathē. v. Jota vnū aut vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Unde circa preſens euangelium vbi dr. tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum ptāte magna

Notandū q̄ christus non veniet nisi p̄us veniat antichristus. Quando autem antichristus veniet. Respondetur p̄mo in tē pore peccatorum abundantie, vt habetur Danielis.viij. Cum creuerint iniquitates consurget rex impudens Glosa. omnium iniquitatum plenus. Unde Osee quarto dicitur q̄ tempore antichristi plus q̄z p̄us abūdabit mendacium. adulterium. furtū. homicidium. rapina. auaricia. superbia. et sic de aliis viciis. Unde etiam Matthei xxiij. Abundabit iniquitas. et refrigescet multoꝝ charitas. Quis dubitat iam primum ipius tempus fore cuz iam ex mala consuetudine infinita mala fiant q̄ nostrorum parentum tempore non modici fuerunt dedecoris que nūc temporis computant̄ inter facta honoris. sicut habere amasias et bonisatrices. deceptiones i emptionibus. ꝛc. Unde Prouerb. ij. Letant̄ cum male fecerint. Si iam tot mala fiunt quāta mala tunc erunt tēpore antichristi. Unde quanto magis finis mundi appropinquat. tanto peiores homies erunt. Secūdo veniet tempore litium et preliorū. Uñ Matthei. xxiiij. Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. Si ergo tot lites nostris temporibus sūt et prelia. quot tunc erūt tempore antichristi q̄n satbanas soluetur. qui nunc ligatus tenetur. vt habetur Apocali. xx. Tertio veniet tēpore magne famis. quia ex guerris cōtinuis sequitur fames. Unō Luce. xj. Omē regnum in se diuisum desolabitur. q̄ agricole tūc nec agros colere nec seminare possunt. Quid demum. tūc fames et caristia non modica sequetur. Unde dicit in psal. cvj. Terra fructifera versa est in salsuginē a malicia inhabitantiuz in ea. Quarto veniet tempore magne pestilētie. Nam omne quod viuit cibo indiget. Unde Aristoteles. j. etbicoꝝ. Non possibile est diu viuere sine cibo. Ideo qui cibo caret ac famis macie torquetur propter perditionem humidi radicalis infirmabitur. et tandem leui superueniente febricula. homo subito quasi ex pestilentia vt phisici naturales dicūt morietur. Quinto veniet tempore discidij regnoꝝ a romano imperio. ij. ad Thessalo. ij. Nisi venerit discessio primū scilicet regnorum a romano imperio. Unde glosa super illō Danielis. vij. Et habebat cornua decem. dicit q̄ appropinquante die iudicij romanum imperiū scindetur in decem partes. et in decem regna. Sexto veniet tempore scismatis in ecclesia dei. vt dicit glosa super premissa verba apostoli. nisi venerit discessio primū scilicet ab obediētia romane ecclesie. Septimo veniet tempore hypocrisis illoꝝ q̄ se putant religiosos pre ceteris hominibus. j. Thessalo. iiij. In hypocrisi loquentium mendaciū. Itez Matthei. xxiiij. Surgent pseudo christi et pseudo prophete et multos seducent. Octauo veniet tempore heresis. Uñ apostolus. j. ad Thimo. iiij. Discedent quidaz a fide. Nono veniet in istius mundi fine. q̄ post mortem antichristi non longe mūdus finietur.

Dominica tertia aduent⁹ Euangeliū scōm Mattheum. xj.

In illo tempore. Cum audisset Johannes i vinculis opera christi. mittens duos de discipulis suis. ait illis. Tu es qui venturus es an aliū expectamus. Et respondens ihesus ait illis. Euntes renunciate Johāni que audistis et vidistis. Ceci vident. claudi ambulant. leprosi mūdantur. surdi audiūt. mortui resurgunt. pauperes euāgelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus. cepit Jesus dicere ad turbas de Johanne. Quid existis in desertū videre arundinem vento agitatam. Sed quid existis videre hominem mollibus vestitum. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus

regum sunt. Sed quid existis videre prophetam. Etiam dico vobis et plus quaz prophetam. Hic enim est de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciez tuam. qui preparabit viam tuam ante te.

Postilla

Cum audisset Johannes in vinculis opera christi mittens duos de discipulis suis ait illis. Tu es q̄ vēturꝰ es. Matth. xj. Hoc euangeliū factū est Anno xp̄i. xxxj. ydꝰ decembris, feria. vj. luna. xix. indictiōne quarta Ante initiū illiꝰ euāgelij scribit btūs Matheꝰ in p̄cedenti capitulo. q̄ xp̄us dixit discipulis suis. Qui vos recipit me recipit. Et q̄ me recipit. recipit eum qui me misit. Qui recipit ppbetam in noīe ppbete. mercedem ppbete accipiet. Et qui recipit iustum in noīe iusti. mercedem iusti accipiet. Et quicunqz potum dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in noīe discipuli. amen dico vobis non pdet mercedem suam. Tunc post hoc sequitur euangeliū. Cum audisset Johānes in vinculis opera christi. Ly. Herodes antipas incarcerauit Johannē ad instantiā herodiadis adultere. propter hoc q̄ Johannes arguebat ipm herodem. eo q̄ abstulerat fratri suo Philippo vxorem suaz nomine herodiadis. vt habet Marci. vj. Misit herodes et tenuit Johannē et vinxit eum in carcerem. Johannes ergo in carcere positus. misit duos ō discipulis suis ad ihm. vt dicerent. Tu es qui venturus es. scilz messias in lege promissus q̄ debes saluare israel. an aliū expectamꝰ. Hic queritur an Johannes dubitauit de xp̄o an ipe eet saluatoꝛ mūdi et an esset moriturus in humana natura p hois salute. Respōdetur q̄ non dubitauit. quia ipm prius baptizauit Matth. iij. et vidit spūm sanctū descendentem super eum Et insup de eo testificatus est dicēs. Ecce agnus dei. ecce q̄ tollit peccata mūdi. Sed discipuli eiꝰ q̄ nō sic erant illuminati. dubitauerūt ipm eē xp̄m Et ideo misit discipulos suos vt viderent miracula christi et sic crederent ipm eē saluatoꝛem mūdi. Isti aūt duo discipuli recedētes a Johanne. inuenerūt xp̄m cum turbis populoꝛum q̄ venerant ad eū cū infirmis suis et expectabant infirmoꝛ curatiōnem. Et post p̄dicationem tunc discipuli Johannis fecerūt sibi predictā questionē coram omni populo. Christus aūt non respondit eis verbo. sed facto. vt ꝺꝛ Luce. vij. In ipa hoꝛa xp̄s multos homies curauit a languoꝛibus suis et plagis et spiritibus malis. et cecis multis donauit visum. Et respondens dixit illis. Eūtes id est. reuertentes vnde venistis. renūciate Johānī scz ad suam consolationē. et ad vestrā confirmationem que audistis. scilz in mea p̄dicatione. z vidistis in miraculoꝛ operatione. ceci vident. claudi ambulant. lepꝛosi mundantur. surdi audiūt. mortui resurgunt. pauperes euangelizant. id ē. denunciantur habere regnum celoꝛū. vt ptz Lu. vj. Beati pauperes quoniam ipsoꝛuz est regnum celoꝛ. Per hec enim opera xp̄us manifeste probauit se esse messiam. z beatus q̄ non fuerit scandalizatꝰ in me. Goꝛ. id est. cuz me post tot miracula viderit pati non me negabit. Illis aūt abeuntibus scilicet a christo et reuertentibus ad Johānem. cepit iesus dicere de Johanne scilz ipm cōmendando. Hilarius. Christus cōmendauit Johannē non presentibꝰ discipulis eius sed abeuntibꝰ ne videretur euz adulatoꝛie cōmendare. Nos enī adulatoꝛ est in cōspectu hominū laudare. et in absentia eoꝛ vituperare. tales sūt similes scoꝛpionibus q̄ cum aculeis anteꝛioꝛibus quasi applaudent. sed cauda pungunt. Et christus cōmendat Johannem in quiqz. Primo de virtute constantie cum dicit. Quid existis in desertum. Ly. id ē. vltra iordanem vbi Johānes baptizabat. videre arundinem vento agitataz. quasi diceret. vos existis in desertum ad Johannez

qui non fuit mobilis in mente sic arundo a vento agitata. sed est ita ꝓstans ꝙ nec timore nec amore a veritate declinat. Scdo de austeritate vite cū dicit. ⁊ Sed quid existis in desertū videre hoiem mollib⁹ vestitum ⁊ quasi diceret. non. qa Johannes babebat vestimentū de pilis camelor. et esca eius erat locuste et mel silueſtre. Et ad hoc habitabat in deserto vt austeram vitā duceret ⁊ ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt ⁊ Ad hoc enī multi magnatibus adulantur. vt cum ipis commorantes delicijs vtantur. sed veritatis amatores talia aspernantur. Tertio commendat eum christus a claritate noticie cuz dicit ⁊ Sed qd existis videre ꝓpbetam ⁊ qz Johannes plus fuit qz ꝓpheta. quē alij ꝓpbete pdixerūt venturū ipse eum adhuc in vtero matris positus agnouit. ⁊ postea ipsum baptizauit. et digito monstrauit. Quarto cōmendat euz autoritate doctrine dicens. ⁊ Hic enim est de quo scptum ē ⁊ Malachie ꝓmo. ⁊ Ecce mitto angeluz meum ⁊ id est Johannem. qui vitam duxit angelicam ⁊ ante faciez tuam. qui preparabit viam tuam ante te ⁊ i. corda audientiū ad recipiendum christum per predicatōnem suam. Quinto cōmendat eum immediate post hodiernum euangelium super omnes sanctos dicens. Inter natos mulierū non surrexit maior Johanne baptista.

¶ Dominica quarta aduent⁹ Euāgeliū scdm Johannem. i.

In illo tempore. ⁊ Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohannē vt interrogarēt eū tu quis es. et cōfessus est. et nō negauit. et cōfessus est. qz nō suz ego christus. Et interrogauerunt eum Quis ergo. helias es tu. Et dixit. Non sū. ⁊ Propheta es tu. et respōdit. nō. Dixerūt ergo iudei. Quis es tu vt responsuz demus his qui miserūt nos. Quid dicis de teipso Ait. Ego vox clamantis in deserto dirigite viam dni sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant erāt ex phariseis. et interrogauerūt eū et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus. neqz helias. neqz propheta. Respondit eis iohānes dicens. Ego baptizo i aqua. medius autem vestrum stetit quē vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est. qui ante me fact⁹ est. cuius ego non sum dignus vt soluam eius cōrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem. vbi erat Johannes baptizans.

¶ Postilla

Misserūt iudei ab hierosolimis sacerdotes Johānis ꝓmo. Luce. iij. Historia huius euangelij facta est Anno domini. xxxi feria quarta. xvij. kalendō. maij. luna quinta decima. in dnica quarta. Ante initiū illius euangelij habetur Luce. iij. ꝙ anno qñ decimo imperij tiberij cesaris scz sub quo passus est Christus. Factum est verbum domini super Johannem Zacharie filiuz in deserto. scilicet cum Johannes esset triginta annorum. et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. Dicebat autem ad turbas que exibant vt baptizarentur ab eo. Facite dignos fructus penitentie. Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor nō faciens fructū bonū excidetur et in ignem mittetur. Multa quidem ⁊ alia exhortās euāgelizabat populo. Unde iudei videntes Johānis baptiste mirabilē natiuitatem. ⁊ ei⁹ excellentem sanctitatē et austeritatem vite. ideo moti fuerūt ad opinandū ipum esse xpm. propter qō miserūt nuncios ad Johannē volētes sup ꝟ scire veritatē. Ly ra. Et in isto modo querendi exhibuerunt

Iohanni magnã reuerentiã. et ℞ patet ex quattuor in lrã. Primo ex psonis mittẽtibus ad ipm nũcios. et ℞ notat cũ dr. Missi erũt iudei .i. illi de tribu iuda. q erãt nobiliores in ppło iudeor. In signũ by de tribu iuda nasci voluit. Scõo ex loci nobilitate qa ab hierosolimis q erat ciuitas sacerdotalis et regia. qz erat caput regni. Tertio ex nũcior solẽnitate. miserunt ei sacerdotes et leuitas ad eũ q erant solẽnes persone et in ipis debebat scientia z sanctitas eminere. Quarto ex psona ad quam mittũt scz ex ℞ q requirũt testimoniũ de seipo et tantã fidẽ habuerũt in dictis ei9 vt ei crederẽt etiã de seipo. ergo dicũt Tu qs es vt responsione ei9 discernerent qs ipe esset et pfessus est et nõ negauit. et pfessus est qz nõ sum ego xps Nam xpus .i. messias fuit pmissus iudeis ex dictis et scpturis ppetarũ. Audientes qz non esset christ9 interrogauerunt psequenter si esset Helias qa sicut aduentus xpi. sic et aduentus helie fuerat iudeis pmissus. Unde dr Malachie vltimo capitulo. Ecce ego mittam vobis Heliam ppetam anteq veniet dies dñi magn9 z dixit non sum scilicz ego Helias. Si aũt qs diceret. Christ9 Matthei. xi. loquens de Johanne dicit. Ipse est Helias. Et Johannes hic dicit. Non sum Helias. Respondeẽ. q ipi querebãt d psona helie. et ideo ad eor questionẽ respõdit q ipe nõ erat helias in psona. Sed vt dic Gregor9 in omel. Johannes fuit Helias in spũ ppter similitudinẽ et pformitatẽ ipi9 ad heliaz. Primo in austeritate vite. quia de helia dr. iiij. libro regum cap. j. q fuit vir pilosus et zona pellicea circa renes accinctus. et de Johanne dr Matth. iij. Et habebat vestimentuz de pilis camelor et zonam pelliceam circa lumbos eius. Secũdo in dura reprehensione. Helias enim regem achab dure reprehendit vt habet .iij. Regum. xviij. Johannes herodem arguebat vt habetur Marci. vj. Fuit etiam similis Helie in officio. quia Johannes fuit pcursor primi aduentus. sic Helias erit precursor secundi aduentus. Et ℞ voluit xps cum dixit ipm esse Heliam. propheta es tu. respondit non. Gregor9. Johannes negauit se esse ppetam tantum. qa plus erat qz ppeta dixerunt ergo ei. Quis es tu. vt responsum demus bis q miserũt nos Quid dicis de teipo. Ait scilz Johannes Ego vox clamantis in deserto dirigite viam dñi. sicut dixit Esaias ppeta. id est. ego sum ille de quo scriptura dicit Esa. xl. Qui debet clamare in deserto iudee. q homines se preparent ad aduentum christi in mundũ. Et bene signatur Johannes in propria etate vocis. qz erat annũciator verbi diuini. id est. Christi. qui est verbum patris ℘m diuinitatem. Vox enim ante verbum. sic Johannes ante christum. Item vox manifestat vbũ. sic Johannes xpm. tota enim vita et quersatio Johannis fuit preparatio ad susceptionẽ christi et qui missi fuerant erãt ex phariseis Lyra. pharisei inter alios videbantur magis religiosi. propter ℞ dicebantur pharisei a phares quod est diuisio. quia in habitu in vita et gestu erãt ab alijs distincti. in signũ maioris religionis. Et ideo pharisei erant magne fame in ppło iudeor Et interrogauerũt eũ z dixerũt ei. Quid ergo baptizas si tu nõ es xps neq helias neq ppeta Unde Chryso. Interrogauerunt eum non quasi scire volentes. sz phibere eũ a baptismo Respondit eis Johannes dicens. Ego baptizo in aqua scz lauando tantũ corpus ad designandũ illuz qui suo baptismate lauabit animas. Consequenter ostendit xpi excellentiã dicẽs medi9 ãt vestrũ stetit .i. pns inter vos in corpe apparuit z cõmuni quersatione inter homines conuersatus est. vt patet in euangelijs. cum eis manducãs et bibens ne ppter austeritatem aliqui despe rarent quẽ vos nescitis qntũ ad diuinitatem ipe est q post me vẽturus ẽ Tho. scz ad pdicandum baptizandũ z moriẽdũ qui ante me fact9 est id est. in dignitate ppositus ẽ. quia dignior est et honoratior. Cuius nõ sũ dignus id est. sufficiẽs. vt

soluā corrigiā calciamenti ei⁹] vñ Hiero nimus ad eustochiū Christ⁹ nūq3 fuit cal ciatus. ipe ei portare calciamēta aplis pro hibuit Luc.x. Et xps semp fecit ope qđ do cuit vbo. Vñ habet Act.j. Cepit ihs facere et docere. Ly. dicit qđ ē est locutio metha forica. Quia in ℞ Johannes exprimit se nō esse dignū exhibere xpo etiā minimū mini sterū ℞ in vbis iam exprimens ꝑm modum loquendi cōmunē. Cū ei qs suā paruitatē et excellentiā alteri⁹ vult exprimere solet di cere cōmuniter. Non sū dign⁹ tangere so tulares ei⁹ vel aliqđ hmōi [Hec in bethā nia facta sunt] Ly. nō est illa q̄ ppe hierim est. vbi lazarus fuerat suscitat⁹. Iz alia eodē nomīe vocata sita supra iordanē ex altera parte fluminis in sorte duarū tribuum et dimidie. Et ideo ad ℞ denotandū subdit. [trans iordanē vbi erat iohes baptizans] que aqua distat a hierlim ad vnā dietam z in eodē loco ꝓsueuerat Johānes cōmora ri et predicare z baptizare. et multi ꝓuenie bant illuc ad eū. vt baptizarent ab eo. Vñ circa pñs euāgeliū vbi dr. Tu qs es. Que ritur quare iudei magis de iohanne q̄z de xpo credebāt. Rñdit Chrysostomus q̄ tri plex fuit ratio. Prima rō est. q2 Johannes erat de magno genere. vt pote fili⁹ zacharie magni sacerdotis. Et q2 miraculose nat⁹ ē de vtroq3 parente sterili et sene. xps autez vt ipi credebant erat fili⁹ fabri. z cuiusdaz paupcule mulieris et nō miraculose nat⁹ q2 de iuuencula q̄zuis ꝺ sene patre. Secha ratio est. q2 Johānes in victu z vestitu ma gis asperam vitā q̄z xps agere videbatur. Nam tunicā de pilis camelor habebat. et zonā pelliceā ad lūbos ei⁹. et cib⁹ eius lo custe et mel siluestre. vt patet Mathℬ.iij. Christus aūt cōmunib⁹ vestib⁹ induebat. et cōmuni cibo vtebatur. et cū hoīb⁹ in nu ptijs et in cōuiuijs comederat. Tertia rō ē q2 Johannes ꝓsortia hoīm deuitabat z in deserto morabatur latitans in antris et in spelūcis. donec spūssanctus ei dixit vt exi ret ad phibendum testimoniū de xpo. Et tūc venit ad iordanem ꝑdicans baptismū penitentie. vt ptz Luc.iij. Christus aūt mo rabatur cū hoīb⁹ et ꝓuersabatur cuz pctō ribus. et manducabat cum ipsis. vt patet Mathℬ.xj. propterea ergo iudei ad iohā nem legationē miserūt. vt eū interrogarēt an esset xps. Et respondit. q2 non sum ego christus.

¶ Euangeliū in gallicantu natiui tatis christi.

In illo tempore. Exijt edictū a cesare augu sto vt describeretur vniuer sus orbis. Hec descriptio prima fa cta ē a presyde syrie cirino. Et ibāt oēs vt ꝑfiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit aūt et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iu deam ciuitatez dauid que vocatur bethleem. eo q2 esset de domo z fa milia dauid. vt ꝑfiteretur cum ma ria desponsata sibi vxore pregnan te. Et factū est dū essent ibi imple ti sunt dies vt pareret. Et peperit filiū suū primogenitū. et pannis eū involuit. et reclinauit eū i presepio q2 non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadē vigilātes et custodientes vigilias noctis super gregem suū. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. et claritas dei circūfulsit illos et ti muerūt timore magno. Et dixit il lis angelus. Nolite timere. Ecce ei euangelizo vobis gaudiū magnuz q̄ erit omni populo. Quia natus est nobis hodie saluator qui ē chri stus dominus in ciuitate dauid. Et hoc erit vobis signuz. Inuenietis infantem pannis involutū et posi tum in presepio. Et subito facta est cuz angelo multitudo militie cele stis exercitus. laudantiū deū et di centium. Gloria in altissimis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

Postilla

Exijt edictum a ce
sare augusto. Lu.ij. Historia b9
euangelij facta ē anno xp̄i p̄mo
vsuali.xij.kal'.ianuarij.feria.iiij.luna.xxvij.
indictione.iij. Ā ñ initiū illi9 euāgelij scribit
sctūs Lucas i p̄cedēti capt'o ortū sctī Jo⁹
bannis baptiste.s.quō nūciat9 ē p angelū
gabrielē patri suo zacharie in tēplo.et quō
nat9 ē de sterili matre.et quō i circūcisiōe
vocatū ē nomē ei9 ioh̄es. Et quō ipe puer
crescebat.q̄ntū ad augmentū corpis.et cō
fortabat' spū.s.q̄ntū ad augmentū grē et v̄
tutis. Et erat i deserto vsq3 ad diē ostensio
nis sue ad isr'. Et describit ortū p̄cursoris.
Hic p3seq̄nter describit ortū saluatoris di
cēs. Factū ē ā in dieb9 illis. Exijt edictum
a celare augusto. Ly. B ostendit tps nati
uitatis xp̄i. q̄ nat9 ē imperāte celare augu
sto. q̄ notat9 est august9 ab augendo. quia
valde notabilit auxit imperiū romanum.
qui regnauit quadrāgita duob9 annis. et
duodecim annis ā ñ natiuitatē xp̄i. et post
tanta fuit pax i toto orbe. vt ad ir̄ā videre
tur impletū. qđ p̄dixit Esa. ca. ij. Cōflabūt
gladios suos in vomeres. z lāceas suas i
falceas. Ā ñ et in ps. lxxj. Oriet in diebus ei9
iusticia z abūdantia pacis. Jtē Esa. ij. Nō
leuabit gens ꝯ gentē gladiū. Et sic i dieb9
cesaris augusti omnib9 gētibus romano
imperio subiectis fuit pax vniuersalis in
orbe. Jdo māduit vt describeret vniuer
sus orbis. vt p̄ scirēt q̄liter terre essēt po
pulate. et q̄nta tributa sue glie possent red
dere. vt sic tributis indebitis nō grauarēt.
Et etiā scirēt p quē modū singule ēre a ro
mano imperio melio9 regerēt. Hec descri
ptio p̄ma facta est a presyde syrie cirino.
Hūc ei cirinū cesar august9 p̄fecerat terre
syrie ad ip̄am regendā. Et q2 syria est i me
dio terre habitabili. z ibi fuit ista descp̄tio
p̄mo inchoata vt inde denunciarēt fieri in
alijs p̄uincijs circularit. et ibāt oēs vt p
fitereñ singuli in ciuitatē suā. scz vñ ortū
di erant. Profitebant ā ut dupliciter se sub
iectos esse romano imperio scz scp̄to. quia
noīa eor scribebant. et facto. q̄a soluebant
censū imperatori. scz vnū nummū argenteū
valentē decez nūmos vsuales. Ascendit
aūt et ioseph. scz vir marie. a galilea. q̄a
iferior erat q3 iudea. de ciuitate nazareth.
vbi xp̄s p̄cept9 erat et i q̄ ioseph manebat.
in iudeā ciuitatē dauid. i. in bethleem q̄
dr ciuitas dauid. q̄a inde oriundus fuit. s.
Reg̃. xvij. eo q̄ esset de domo et familia
id est. de genere. dauid. vt p̄fiteret cū Ma
ria sibi despōsata vxore pregnante. ipsa ei
erat de eadē tribu cū ioseph. et z maria nō
fuisset obligata tanq̄z pregnās illucire p
pter longitudinez vie. q2 nazareth distat a
bethleem quasi p tres dietas. tñ ppter ex
emplū obedientie cū ip̄is mulierib9 ire vo
luit. Jtem ex diuina dispositione B factū ē.
vt sic xp̄s nasceret in bethleē sic p̄dictū fuit
Michee. v. Et tu bethleem terra iuda neq̄
q3 minima es in p̄ncipib9 iude. ex te enim
exiet dux q̄ regat pp̄lm meū isr'. Et factuz
ē dū essent ibi ipleti sūt dies ei9 vt pareret
scz nouem menses impleti sunt a die cōce
ptionis xp̄i. et peperit filiuz suū p̄mogeni
tum. dicitur aūt p̄mogenitus nō q2 post
illum habuit filios alios. sed quia añ illuz
filium alium non habuit. Quia sicut ante
partum ita in partu z post partū iuiolata
v̄go permansit. Tuncimpleta est ista p
phetia Esa. vij. Ecce virgo concipiet et pa
riet filium. Et ipsa beata virgo maria ma
gnum gaudium habuit in christi natiui
tate. et hoc ideo. quia sine dolore. sine affli
ctione. et sine debilitatione sui genuit fi
lium quem sciuit esse deum et hominem.
Nam sicut v̄go p̄cepit sic et sine dolore ge
nuit. z pannis eū inuoluit. s. p scip̄az. Ly.
ex quo patet falsitas q̄ scribitur in libro de
infantia saluatoris scz ip̄az obstetrices ha
buisse q̄ nō requirunt nisi ppter afflictiōez
matris in partu. que non habuit locum i
virgine puerpera quia peperit sine dolore
et sine debilitate. z reclinauit eum in p̄sepio. Ly. Joseph enim in itinere adduxerat
secum asinū ad portandū vxorē p̄gnantez

et bouē ad vēdendū vt de pcio solueret expēsas ī via. Et illis duob⁹ aialib⁹ fecit p̄sepiū iuxta se. in q̄ beata ẏgo maria reclinauit filiū natū. q̄d fuerat p̄dictum Esa. j. Cognouit bos possessorē suū. et asinus p̄sepe dñi sui. Bicūt ei q̄dam q̄ asin⁹ z bos genu flexerūt coram xp̄o Abacuc. iij. In medio duū animaliū cognosceris. Unde Bern̄. O christiane vide qualis p te factus est xp̄s. q̄ si rex. vbi aula regia. vbi throni sublimitas. vbi curie regalis frequētia. Ecce aula regia stabulū. Throni sublimitas p̄sepium Curie regalis frequentia bos et asin⁹ ¶ q̄a nō erat ei loc⁹ in diuersorio ¶ Gor. Reprehendūt christiani⁹ delicie. diuitie. z bonores hui⁹ mūdi. Delicie ī ℞ q dei filius non mollib⁹ vel caloris pelliceis indutus fuit. sed vilib⁹ pannis inuolut⁹. Honores in ℞ q nō in palatio sed in p̄sepio eū reclinauit mater sua. Diuitie in ℞ q locū nō habuit in diuersorio. vñ Bern̄. O bō q̄d solicitus es de regali palatio. Ecce rex tu⁹ iacet in p̄sepio. Quid cogitas de p̄cioso indumēto. rex tu⁹ induit vili panniculo ¶ Et pastores erāt in regione eadē vigilātes z custodientes vigilias noctis sup gregē suū ¶ scz inter bierī m z betbleē. q̄ ciuitates distāt ad duo miliaria ab inuicē ¶ et ecce angel⁹ dñi stetit iuxta illos ¶ .s. parat⁹ ad reuelandū eis diuina ¶ et claritas dei circūfulsit eos ¶ nō tā tū exteri⁹ in corpe. sz etiā interius in mente ¶ z timuerūt timore magno ¶ ex insolita visione. Sed angel⁹ dñi p̄solabat eos dicēs. ¶ nolite timere ¶ Cuius causam subiungit. ¶ Ecce ei euāgelizo vobis gaudiū magnū q̄d erit oi p̄plo ¶ nō solū iudeoꝝ sz et gētiliū Gor. Et ℞ gaudiū ē magnū p̄m oēs dimēsionē. q̄ altū pfundū longū et latū. Altū. q̄ ei⁹ altitudo attingit celū. Unde Bern̄. O magna ē hodierna festiuitas. celū replet añq̄ terrā ¶ Profundum. q̄ ei⁹ pfunditas penetrat infernū. .s. vsq̄ ad sctōs q̄ erant in limbo. Item ei⁹ longitudo ptendit a p̄ncipio mūdi vsq̄ ad finē mundi. Itē eius latitudo occupat orbez terrarū. Añ hodie caniturī p̄fatione misse secūde. profusis gaudijs tot⁹ in orbe terra z mūd⁹ exultat ¶ q̄a natus est nobis ¶ .s. hoīb⁹ z angelis pariter q̄ p̄ lapso hoīm reparāda est ruina angelor ¶ hodie ¶ Ly. dicit hodie q̄uis esset nox q̄ nox illa ex claritate diuina fuit ita illuminata. ac si esset dies clarissima. p̄m q̄d fuerat p̄dictū ī p̄s. cxxxviij. Et nox sic dies illūminabitur ¶ saluator q̄ est christus dñs ī ciuitate dauid ¶ .i. ī betbleē ¶ et ℞ erit vobis signū inuenietis infantē pannis inuolutū ¶ z nō sericis inuolutū ¶ positū in p̄sepio ¶ nō ī palacio ¶ et subito facta ē cū angelo ¶ q̄ tanq̄z p̄ncipalis inter alios nūciauerat xp̄i natiuitatē ¶ multitudo militie celestis ¶ .i. angelor. q̄ noīe militie designant. q̄ p̄ salute hoīm cū demonib⁹ pliant. vnde Apoc. xij. Michael et angeli ei⁹ p̄liabāt cū draconе. ¶ laudantiū dñm ¶ de xp̄i natiuitate ¶ et dicentiū. Gloria in altissimis deo ¶ q̄ licet ei⁹ gloria vbiq̄z luceat maxime tñ in excelsis. id ē. in celo empireo vbi ē omniū sanctor habitatio ¶ et in terra pax hoīb⁹ bone volūtatis ¶ Et notanter dic̄ pax in terra. z nō gl̄ia q̄ in terra est pax et in celo gl̄a. Annūciat aūt pax hoīb⁹ bone volūtatis. q̄ regnū dī tantū valet q̄ntum habes. vñ Remigius. Si enī diuitias zacbei nō habes. si desunt tibi duo minuta vidue. si nec calicez aque frigide potes offerre. offer deo bonā volūtatem. vnde Augustin⁹. Coronat deus intus voluntatē vbi nō inuenit facultatem. vnde Chrysо. Bexteza tua plena est muneribus. si fuerit plena bona voluntate.

¶ Q. multis miraculis fuit declarata christi natiuitas.

In Natiuitas xp̄i p̄m Innocentiū papam multis miraculis fuit declarata. Nam ipa nocte obscuritas noctis versa ē in diē. Itē cū tpe natiuitatis xp̄i añ et post fuisset pax in omib⁹ terris z puincijs romani tēplū pacis pulcerrimū p̄struxerūt. z p̄sulentes a ꝑpollinē deū suuz q̄z diu duraret templuz ℞. Respondit eis. q̄z diu ẏgo nō pariet. bis auditis dixerunt tēplū pacis in eternū manet. Impossibile

enī credebāt vginē parere. Aīī in foīb⁹ tē
pli scpserūt. templū pacis manet in eternū
Sed ipa nocte q vgo peperit tēplū fūdit⁹
corruit. Item p̄m ppbetiaz Hiere. signum
datū ē eis. qz oia idola corruerēt qñ virgo
pareret. Et ppt̄ h̄ sacdotes idoloz imagi
nē vginis puer in gremio baiulantē fecerī.
et in secreto loco tēpli ponētes adorauerī.
Item ex legenda lombardica habet q ipsa
die natiuitatis xp̄i statua romuli et omia
idola in diuersis locis corruerūt. Item ipo
die tres soles i orīte apparuerī. q paulatiz
in vnū corp⁹ solare redacti sūt. Item Inno.
papa dic q fons aque i ipa nocte i liquorē
olei vsus est z tota die largissime manauit
fluēs vsqz i tiberim. Sic sibilla ppbetauer
rat. q nisi erūperet fons olei nō nasceretur
saluator. Item Inno. papa dic. q octauia
nus iperator cū vniuersū orbē iurisditōni
romane subiugaret tantū senatui placuit
vt eū p deo colere vellēt. Ad illoz ergo in
stantiā sibillā ppbetissā cōsuluit. si maior
eo aliq̄ nasceret. Cum ergo in die natalis
xp̄i sibilla in camera imperatoris oīb⁹ insi
steret. i die media aure⁹ circul⁹ apparuit cir
ca solez. et i medio circuli vgo pulcerrima
puer gestās in gremio. tūc h̄ cesari oñdit
Admirās aūt imperator audiuit vocē dicē
tē. Hec est ara celi. Dixitqz ei sibilla. Hic
maior te ē ipm ideo adora. Eūdēqz locum
i bonore beate marie vginis dedicauerūt
q vsqz hodie sancta maria ara celi dr. Im
perator igit illi puero hostias obtulit z ipe
deos suos p cetero colere recusauit. Huic
dicto p̄cordāt thimotheus historiograph⁹
et orosius p magna parte. ¶ Circa p̄sens
euangeliū vbi dr. Annūcio vob⁹ gaudiuz
magnū. Notandū q magnū gaudiū istat
toti ppl̄o christiano de natiuitate filij dei i
būana natura in primo recolenda p quē
natura būana est p oia exaltata z oīb⁹ bo
nis repleta. Natus est enī filius dei cū sacco
pleno oīm gratiaz et vtutum quas nobis
gr̄is donauit. ad Ro. viij. Qui etiā nō oia
cū illo nobis donauit. ppterea āgel⁹ dixit.
Annūcio vobis gaudiū magnū. qa nat⁹
est nobis saluator. Ubi sciendū q p̄mus
hō scz adam p̄duct⁹ fuit sine patre z mrē.
Scūs hō. scz eua p̄ducta fuit ex p̄rē sīn ma
tre. Oēs alij hoīes ex patre et matre. Re
stabat aūt quart⁹ modus vt q̄s p̄duceret
ex matre sine patre. Sic xp̄us hodie nat⁹ ē
Et in hac quarta generatōe filij oēs i terrā
suā scz celestē bierīm p xp̄i meritū redierī.
Sic i figura de⁹ dixit abrae Gen. xxv. Ge
neratione aūt quarta reuertent.

¶ In diluculo. Euangelium scd̄m
Lucam. ij.

In illo tempore. Pastores loquebantur ad
inuicem. Transeam⁹ vsqz
bethleem et videam⁹ hoc verbum
qd̄ factū est qd̄ fecit dom̄in⁹ et ostē
dit nobis. Et venerūt festinātes et
inuenerūt mariaz et ioseph et infā
tem positū in p̄sepio. Videntes
aūt cognouerūt de verbo quod di
ctum erat de puero hoc. Et oēs
qui audierūt mirati sunt. et de his
que dicta erāt a pastoribus ad ipos
Maria aūt cōseruabat oia verba
hec conferens in corde suo. Et re
uersi sunt pastores glorificantes z
laudantes deū in oīb⁹ que audie
rant et viderant sicut dictuz est ad
illos.

¶ Postilla

Et factum est cuz
e discessissent angeli ab eis. hec hi
storia signat vt supra. Aīī initiuz
illi⁹ euāgelij scribit sctūs Lucas illd̄ euan
gelū. qd̄ hodie i nocte xp̄i lectuz ē. z statim
post vba angeloz laudantiū deū et dicen
tiū. Gloria in altissimis dō. et in terra pax
hoīb⁹ bone volūtatis. seqt̄ h̄ pīs euāgeliū
[Et factū ē cū discessissent angeli ab eis in
celū pastores loq̄bant ad inuicez. Trāseā⁹
vsqz bethleē]Ly. Hic describit pastorū de
uotio. qz statim post visionē istā dimisso
grege iuerūt ad videndū natuz. Factuz est

postq̃z angeli discessissent ab eis.s.pastoribus in celū.i.postq̃z aspectib⁹ pastor se abstraxerūt ascendētes i celū|¶Pastores loquebāt ad inuicē|scz de xpi natiuitate.Sicut et duo discipuli eūtes in emaus de ei⁹ passione Luc.xxiiij.dicētes|Transeamus vsqz bethleē z videam⁹ ꝟbū|.i.puerū natū p ꝟba angeli nobis significatū|qđ fecit dñs et ostēdit nobis|scz p angelū|z venerūt festinātes|y.ex desiderio vidēdi xpm. et vt citi⁹ rediret ad gregē quem sine custodia dimiserāt|z inuenerī mariā et ioseph z infantē|.i.xpm|positū i ꝓsepio|sic angelus eis dixerat|videtes aūt cognouerī de ꝟbo qđ dictū erat illis de puero ꝟ|q⁹ non solū fuerī illuminati exteri⁹.sz etiā interi⁹ de cognitōe ꝟbi.Et sic p cognitōem humanitatis venerūt ad cognitionem deitatis. Nec sūt scādalizati de tanta paupertate.sed per ampli⁹ in fide roborati sūt. Et ceperūt ꝑdicare marie et ioseph z cūctis astātibus illā quā viderant claritatē et q̃ audierant angelicos hymnos.|z oēs q̃ audierāt mirati sūt ꝺ his q̃ dicebāt a pastorib⁹ ad illos|Glo.nō solū mirabāt de incarnatiōis mysterio.sz etiā de tāta pastor attestatōe quā simplices nescirēt fingere in auditā.sz simplici facundia vera ꝑdicarēt|Maria aūt cōseruabat oīa ꝟba ꝟ|.s.q̃cq̃d angel⁹ ei retulerat gabriel.q̃cq̃d a pastorib⁹ audierat q̃cq̃d experta fuerat|ꝓferēs in corde suo|y.illa collatio erat marie valde delectabilis et toti eccie vtilis.q⁹ ꝑm qꝺ dic̃ Hiero.i sermōe de assūptōe btē marie ꝟginis.Ipa post ascensionē filij sui remānsit ad tempus in terris cū aplis.vt eos plen⁹ instrueret de ꝟbo incarnato.de q̃ plen⁹ erat edocta p spūm sanctū.Et oīa familiarius viderat z tractauerat vniuersa ꝓpter qꝺ meli⁹ exprimere poterat.q⁹ qꝺ meli⁹ nouim⁹.melius et ꝑferim⁹|Et reuersi sūt pastores|scz ad gregē suū|glorificātes|.s.corde|et laudātes|.s.ore|deū|ꝺ bñficio toti mūdo collato generaliter.et eis ostenso spēaliter.|in oīb⁹ que audierāt|scz ab angelis|et viderāt|scz ꝓprijs oculis suis|sicut dictū ē ad illos|scz p angelum q̃ annunciauit eis natiuitatem xpi.

¶ In missa diei. Euāgelium scōm Johannem.j.

IN principio erat verbū et verbum erat apud deū et de⁹ erat verbum.hoc erat in principio apud deū. Omia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. Quod factū est in ipso vita erat.et vita erat lux hoim et lux in tenebris lucet et tenebre eam nō cōprehenderunt. Fuit hō missus a deo cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū perhiberet de lumine vt oēs crederent per illū. Non erat ille lux.sed vt testimoniū perhiberet ꝺ lumie.Erat lux vera que illuminat omēz hoiem venientē in hūc mundū. In mūdo erat et mūdus per ipsum factus est et mundus eū nō cognouit. In ꝓpria venit.et sui eum nō receperūt.quotquot aūt receperūt eū dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credūt in noīe ei⁹. Qui nō ex sanguinib⁹ neqz ex volūtate carnis neqz ex volūtate viri.sz ex deo nati sunt Et verbū caro factū est.et habitabit in nobis.et vidim⁹ gl'iam eius gloriā quasi vnigeniti a patre.plenum gratia et veritatis.

¶ Postilla.

IN principio erat verbū.Joh.j.Tho.Johannes euāgelista p cōtemplationē ceteris euāgelistis altius elevatus.versat̃ p̃cipaliter circa ꝟbi diuinitatē.cū alij p̃cipaliter describūt ei⁹ humanitatē.Et p̃mo ostēdit ꝟbi excellentiā ꝓut ꝓsistit in seipo dicēs.|In p̃cipio erat verbū|vnde Aug.in patre erat fili⁹.vel i eternitate erat fili⁹.vel in patre filius eiusdem substātie cū eo|et verbū erat apud deum|

suis ptegẽs ꝓ miluũ pugnet.⁊ noluisti.
Ly.qꝛ ppbas ad eos missos ꝓtẽpserunt.et
postea sanctũ Johez baptistã.ꝛ vltiõ dñm
nostꝝ ihm xpm cũ discipulis suis ꝓtẽpsert
ppt qõ subdit ꝟ pena.⁊ ecce relinq. vo do.
vrã Goz.i.tẽplũ ꝛ ciuitas⁊ deserta⁊ .ſ. ppt
destructiõz ciuitatis ꝛ tẽpli q facta ẽ ꝑ tytũ
et vespasianũ i vindictã mortis xpi ꝛ suoꝝ
ppbaꝝ ꝛ et aplorꝝ⁊ dico ei vob ñ me videbi
tis amodo Ly.i.a tpe passiõis xpi q õ ꝓxi
mo iminebat futura qñ xps dixit illa ẏba.
⁊ donec dicatis.bñdict9 q venit i noie dñi
Ly.Erit qñ xps veniet ad iudiciũ. Tũc ei
iudei q i fine mũdi credituri sũt i xpum qñ
cognoscent se ab antichristo esse deceptos
tunc tpis laudabunt ꝛ ꝓfitebũt xpm

In die scti Johãnis euangeliste
Euã.scõm Jo.xxj.

IN illo tempoze.dixit
iesus petro. Sequere me.cõuers9
petr9 vidit illũ discipulũ quẽ dilige
bat iesus sequentẽ.qui et recubuit
i cena super pect9 eius.et dixit.dñe
quis ẽ qui tradet te. Hũc ergo cuꝝ
vidisſz petr9 dicit iesu.Bomie.hic
aũt quid.Dicit ei ies9.Sic eũ volo
manere donec veniã. Quid ad te.
tu me sequere. Exiuit ergo sermo
iste iter frẽs.qꝛ discipul9 ille nõ mo
ritur.et nõ dixit ies9 non morietur
ſz sic eũ volo manere donec veniã
quid ad te. Hic ẽ discipul9 ille qui
testimoniũ perhibet de his. et scri
psit hec.et scim9 qꝛ verũ ẽ testimo
niũ ei9.

Postilla

DIxit iesus petro
seqre me.ꝛc. Joh.xxj. Historia b9
euã. fctã ẽ anno xpi xxxuj. nonas
aplis.feria.iij.lũa.xxvj.inditõne.vj. Ñ in
tũ illi9 euãgelij scribit sctus Joh i eoꝝ ca.
qꝛ xps p9 resurrectiõz suã dixit petro. Ame
ame dico tibi. cũ esses iunioꝝ cingebas te,
et ambulabas q volebas.Cũ aũt senueris
extendes man9 tuas ꝛ ali9 te cinget ꝛ ducet
q tu ñ vis.Hãt dixit ſigñicãs q morte clari
ficatur9 essz deũ.ꝛ Hc cũ dixisset dic ei⁊ seqre
me Tho.ſ.ad passionẽ volũtarie.q.d.Nõ
timeas mori ꝓ me.qꝛ ego ꝓus ꝓ te mortu9
sũ⁊ Quersus petr9 vidit illũ discipulũ quez
diligebat ihs seqntẽ. Ly.qꝛ cepat ire post
xpm.sic ꝛ petr9.⁊ q ꝛ recubuit i cena super
pect9 eius ꝛ dixit .i.suadẽte petro silent in
terrogauit⁊ dñe qs ẽ q te tradet.hũc cuꝝ vi
disset petr9 dixit.Bñe hãt qd diligebat ãt
petr9 Johannẽ speciali dilectõne. Et cum
itellexisset ex ẏbis xpi.qñ dixit ei. Sequere
me.scz i eodez genere mortis.q esset ꝓxpo
crucifigẽd9.solicitat ꝛ querit de fine ioh̃is
di.hic ãt qd.scz sustinebit.nũ qd occidetur,
nunq̃d crucifigeꝛ sic ꝛ ego. Ly.q.d. Bonũ
esset vt iste adiũgeꝛ mihi soci9⁊ dicit ei ihs
sic eũ volo manere Tho.i.ad senũ veire.
⁊ donec veniã. Ly.ad vocandũ eũ ad glaz
celestẽ de statu b9 mũdi. Habeꝛ ei legẽda
sancti Johãnis q xps apparuit ei circa finẽ
vite sue vocãs eũ ad glaz⁊ q̃d ad te Ly.qꝛ
ad petrũ nõ ptinebat scire q̃d ds ordiabat
de Johãne i futuꝝ. Sic dictũ ẽ aplis Act.
.j. Nõ ẽ vestrũ nosse tpa vel momẽta q̃ pat
posuit i sua ptãte. Sz tantum ptinebat ad
ipm ẏbo xpi pmpte et bũiliꝛ obedire. ideo
subdit.⁊ tu me seqre. ⁊.q.d.ꝑm Aug. Nolo
eũ seq̃ me ꝑ crucẽ ꝛ passionẽ.sicut tu me se
queris.sz manere i carne donec veniã rece
ptur9 eũ i eternam beatitudinẽ⁊ exijt ergo
ꝑmo iste iter frẽs. Ly.i.aplos q erãt vnit
i caritate fraterna⁊ q discipul9 ille nõ mo
rit Tho.putauerꝛ q dñs dixerit eũ sic de
bere manere.i.semp viuere ꝛ nõ ee moritu
rũ donec veniret xps ad iudiciũ.vñ q non
esset sic intelligendũ ipse Johes ꝓsequẽter
declarat cũ dicit⁊ ꝛ nõ dixit ihs qꝛ nõ mo
ritur Ly.qꝛ ꝑm vitatẽ mortu9 ẽ ꝑ sepatiõez
aie a corpe.qꝛ q̃libet hõ debitor est mortis
ex ꝓmorꝝ parentuz trãsgressione.ꝑm qõ dr
ad Heb.ix. Statutum ẽ oib9 hoib9 semel
mori⁊ sed sic eũ volo manere Ly.Bẽ nõ ꝑ
martyriũ me seq̃.tñ qꝛ in eo fuit ꝓmptitu
do ad tolerandũ martyriũ, qñ fuit ꝓiect9

in feruētis olei doleū. Jō illō p martirio ab eccīa colīt. q; ꝑm qō dicit btūs aug. Nō est impar meritū patiētie in iobe q̄ passus nō ē ⁊ i petro q̄ passiones sustinuit. donec veniā. Ly. assumēs aiaz ei⁹ a corpe absq; tñ angustia et dolore. q; Jobānes dolorez mortis nō sensit ex speciali ꝓuilegio i signū integritatis ỽginalis. B ē discipul⁹ ille. Ly. scz Jobes. q̄ testimoniū phibet de bis. scz q̄ vidit ⁊ audiuit. ⁊ scꝑsit h̄. Ly. mod⁹ enim antiq; fuit. q; illi scribebāt historiā q̄ vidissent. ⁊ ideo dr historia ab historin qō est videre. et ideo Jobānes q̄ vidit ⁊ audiuit. scz ỽba ⁊ facta xp̄i ꝓuenientissime potuit scribere. et scim⁹ q; verū ē testimoniū ei⁹. Tho. cui vtiq; credendū est.

¶ In die Innocentū Euangelium scōm Matthēū. ij.

In illo tempore. Angel⁹ dn̄i apparuit i somnis ioseph dicēs. Surge et accipe puez et matrē ei⁹ et fuge in egiptū. et esto ibi vsq; dū dicā tibi futurum est ei vt herodes querat puerū ad perdendū eū. Qui ꝓsurgens accepit puez et matrem ei⁹ nocte et secessit i egiptum. Et erat ibi vsq; ad obitū herodis. vt adimpleretur qō dictū est a domio per ꝓphetā dicentē. Ex egipto vocaui filiū meū. tūc herodes vidēs quoniā illusus essz a magis irat⁹ ē valde. Et mittens occidit oēs pueros qui erāt in bethleē. et i oīb⁹ finibus ei⁹ a bimatu et infra scōm tempus qō exquisierat a magis. tūc adimpletū est qō dictū est per hieremiam ꝓphetā dicentez. Vox i rama audita est ploratus et vlulat⁹ multus. Rachel plorans filios suos. et noluit cōsolari q; nō sunt.

¶ Postilla.

Ecce angelus domini apparuit. ꝛc. Mat. ij. Historia b⁹ euang. facta ē anno xp̄i. ꝑmo vsualy. ꝑdie nonas februarij. sabbato. lūa. xiij. indictione. iiij. Ān initiū illi⁹ euāgelij scribit sanctus Mat. i eo. ca. q; tres magi accepto respōso i somnis ne redirēt ad herodē ꝑ aliā viā reuersi sūt i regionē suā. q̄ cū recessissēt. Ecce angel⁹ dn̄i apparuit ioseph i somnis dicēs. Surge ⁊ accipe puez ⁊ mrēz ei⁹ ⁊ fuge i egiptū. et esto ibi vsq; dū dicā tibi. futurū ei ē vt herodes querat puez ad pdendū eū. Ly. de⁹ puidēs psecutōnez herodis ꝑ angelū āmonuit ioseph vt puez i egiptū portaret. Ad c⁹ intellectū notandū q; hero⁹ desi credidit ꝓmo magos fuisse delusos ex apparitōe stelle fātastice. Et iō tūc nō curauit de pueri inquisitōe. Sz postea oblato puero i tēplo i die purificatōis. et a simeone iusto p̄dicato ⁊ manifestato. ⁊ et ab ānа ꝓphetissa corā toto ꝑplo. vt ꝑz Lu. ij. Tunc fama pueri nati crescēte voluit Herodes ꝑz pdere. Sz iterum ihs portat⁹ ē p ioseph in egiptū. vñ seq̄t. q̄ ꝓsurgēs accepit puez ⁊ mrēz ei⁹ nocte. Ly. ꝓp timorē herodis vt negociū fieret magis occultū. et secessit in egiptū ⁊ erat ibi vsq; ad obitū herodis. ſ. ꝑ. vij. ānos. vt adimpleret qō dictū ē a dn̄o ꝑ ꝓphetā. Osee. xj. dicētez. ex egipto vocaui filiū meū. tūc herodes vidēs se illusuz a magis. Gor. q; ñ redieri ad ipm. irat⁹ est valde. timēs regnū suū pdere. ⁊ mittens occidit. ſ. occidere iussit. oēs pueros qui erāt i bethleē iuda ⁊ oīb⁹ finib⁹ ei⁹. Gor. vt xp̄s ñ effugeret a bimatu ⁊ infra. Gor. i. biennio ⁊ min⁹. ſ. oēs pueros masculini sexus q̄ habebāt duos ānos vel min⁹. Notandū q; occisio pueroz facta ē post annū ⁊ q̄ttuor dies a natiuitate xp̄i. q; Herodes fuit ꝑ ipedit⁹ ab executōe b⁹ facti. q; fuit citat⁹ ad curiā romanam ad petitōz filioz suoz ipm accusantiū. postq̄z fuit reuersus et in regno ꝓfirmat⁹. tūc ꝑpleuit ō nece pueroz qō ꝑius ꝓcepit. tūc adimpletū ē qō dictū est ꝑ hieremiā ꝓphaz dicentē. Vox i rama. id ē. i excelsis. audita ē ploratꝰ. Gor. q̄ntū ad fletū pueroz. ⁊ vlulat⁹. q̄ntū ad fletū matrū. paruuli ei pnū patiebant dolorem.

scz ppriũ.sed matres duplicẽ.s.ppriũ ⁊ alie ũ|Rachel plorãs filios suos.|Gor.p rachel intelligit bethleẽ.q⁊ rachel sepulta fuit iuxta bethleẽ.vt pz Geñ.xxv. Et iõ ratione sepulture dicta ẽ mater ipi⁹ bethleẽ ⁊ habi tantiũ i ea|et noluit ꝓsolari.q⁊ nõ sũt|Ly. subintelligit viuẽtes.

¶ In festo cõuersionis pauli.Euã geliũ scõm Mat.xix.

IN illo tempore. Dixit simõ petr⁹ ad iesum. Ecce nos reliquim⁹ omia ⁊ secuti sum⁹ te.quid ergo erit nobis. Jesus ãt dixit illi.Amẽ dico vobis q⁹ vos qui reliquistis oĩa et secuti estis me.i regeneratõne cũ sederit fili⁹ hois i sede maiestatis sue.sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim iudicãtes duodeci trib⁹ isrl'.⁊ oĩs q reliquerit domũ vel frẽs l' sorores aut pr̃ez aut matrem. aut vxorem. aũt filios.aut agros.ꝓpter nomen meũ.centuplũ accipiet et vitã eternam possidebit.

¶ Postilla

ECce nos reliqui/ m⁹ oĩa.ꝛc.Mat.xix.Historia b⁹ euãgelij facta ẽ ãno xpi.xxxij.v.kl'. octobris.dñica.lũa.xiij.idiõe.v.Añ initiũ illi⁹ euan.scribit sctũs Mat.i eo.c.q xpus dixit discipul' suis.Amẽ dico vob.quia di ues difficile ĩtrabit i regnũ celor.Et iteruz dico vobis.Faciliꝰ ẽ camelũ p foramẽ ac⁹ trãsire q̃z diuitẽ ĩtrare i regnũ celor.Audi tis ãt bis discipuli mirabãt valde dicẽtes. q̃s ergo poterit salu⁹ eẽ. Aspiciẽs aũt ihs ait illis.apud hoies ℔ possibile ẽ.apud deũ ãt oĩa possibilia sũt.Tũc rñdẽs petr⁹ dixit ei.|ecce nos reli.o.|Gor.qũo ãt reliq̃t oĩa q̃ nõ oĩa imo valde pauca habuit.Rñdet oĩa reliq̃t q̃ nihil sibi retinuit.oĩa reliquit. q̃ volũtatẽ habendi dimisit.q̃ ẽ capax oĩm volitor. Nemo ei oĩa habere ꝑt velle aũt potest|⁊ secuti sum⁹ te.q̃d ergo erit nob.| Ly.ĩ ꝑmij retributõe ꝑ tali volũtaria pau/ pertate.xps rñdet|amẽ dico vob q⁹ vos q̃ reliq̃stis oĩa ⁊ secuti estis me ĩ regeneratio ne|i.ĩ iudicio tpe resurrectõis mortuoruz |cũ sederit fili⁹ hois|Ly.q⁊ sic̃ i forma hoĩs iudicat⁹ ẽ coram pilato.ita i forma hũana iu dicabit.sic̃ dr Aug.j.℔ ihs q̃ assũpt⁹ ẽ a vob ĩ celũ sic veiet.s.ad iudiciũ.q⁊ sic̃ ĩ hũanita/ te ascẽdit.ita ĩ hũanitate descẽdet ad iudi/ ciũ|in sede maiestatis sue|Ly.ĩ ꝑmo enig aduẽtu sedit ĩ sede hũilitatis.sz i scõo aduẽ tu sedebit ĩ sede maiestatis ꝑ maifestã po tentiã|sedebitis ⁊ vos sup seõ.d.iu.d.t.isrl'|Aduertendũ ℔ ꝑm Ly.q⁹ iudicare accipitur tripliciter.Uno mõ ꝓncipalit̃.sic iudex q̃ pro fert sniaz.⁊ ℔ mõ sol⁹ xpus iudicabit.Allio mõ ꝑ sedere i loco eminẽti iuxta iudicem. sic̃ assessores iudicis.⁊ ℔ mõ apli ⁊ alij pfe/ cti cũ xpo iudicabũt.Tertio mõ accipit̃ lar ge.s.sniaz iudicis aꝑprobare.et ℔ mõ omes electi iudicabunt.q⁊ sniaz iudicis aꝑproba/ bũt.|⁊ oĩs q̃ reliq̃rit domũ|Gor.s.ꝓpinquos vel frẽs vel sorores.|q̃ntũ ad ꝓpinq̃s nob pares|aut pr̃ez aut matrẽ|q̃ntũ ad superio/ res|aut vxorẽ|q̃ntũ ad collaterales.|aut filios|q̃ntũ ad inferiores|aut agros|id ẽ subaz|ꝓpt̃ nomẽ meũ|inuocandũ ꝓdicã/ dũ defendendũ Añ Aug.xx.dixit apl's pau lus.Ego ñ solũ alligari sz ⁊ mori parat⁹ sũ ĩ hierlm ꝓpt̃ nomen dñi nri ihu xpi.ꝛc.|cẽ/ tuplũ accipiet|Ly.q̃ bona tpalia ꝓ xpo di miserit.bona grẽ recipiet ℔ q̃ ita excedunt bona tpalia sic̃ cẽtenari⁹ numerus excedit vnitatem|et vitam eternã possidebit.|scz in futuro.

¶ In festo purificationis Marie virginis.Euã.scõm Lu.ij.

IN illo tempore. Postquaz ipleti sunt dies purgatõis marie s⁹m legez moysi.tulerũt iesũ i hierlm vt sisterẽt eũ domio.sicut scriptũ ẽ i lege dñi.q⁊ omẽ masculinũ adaperiẽs vulua sanctũ domio vocabitur Et vt darent hostiã scõm q̃d dictũ est

ī lege dñi par turturū. aut duos pullos colūbarū. Et ecce hō erat ī hierusalē cui nomē symeon. Et hō iste iust⁹ ⁊ timorat⁹ expectās ꝓsolatiōez isrl̄. et spūssctūs erat ī eo. et respōsū acceperat a spūsctō nō visurū se mortē nisi pri⁹ videret xpūm dñi ⁊ veīt ī spū in tēplū. et cū inducerent pueri iesū parētes e⁹ vt facerēt ꝑ m ꝓsuetudinē legis ꝑ eo. et ipse accepit eū in vlnas suas et benedixit deū. et dixit. Nunc dimittis seruū tuū domie scōm verbū tuū ī pace Quia viderunt oculi mei salutare tuū. Qđ parasti ante faciē oīm populoꝝ. Lūmen ad reuelatōz gētiū et glām plebis tue israel.

Postilla.

POstquam īpleti sūt dies purga. ⁊c. Lu. ij. Historia b⁹ euā. facta ē ānō xpi. j. viij. nonas februarij. feria. v. lūa. xj. ciclo. iij. Ad ūnū illi⁹ euā. scri. sctūs Lu. illō euā. g. qđ lectū ē ī die circūcisiōis. Postq̄z ꝓsūmati sūt dies octo vt circūcideret puer vocatū ē nomē ei⁹ ihs qđ vocatū ē ab angelo ꝑ̄sq̄z in vtero ꝓciperet. Et stati seq̄t euang. bo. Postq̄z īpleti sūt dies purgatōis marie ꝑm legem moysi. Notāđ ꝑm Gor. q lex purificatōis Leuī. xij. c. erat. q mulier q̄ suscepto semīe peperisset masculū īmūda eēt septē diebus separata a ꝓsortio boīm. ⁊ die octaua circūcideret infātul⁹. ⁊ p⁹ dictos dies. vij. maneret mulier trigīta trib⁹ dieb⁹ seq̄ntib⁹ ī purificatōe sanḡnis sui. abstinēs nō a ꝓsortio boīm. sz ab ingressu templi. ⁊ sic die q̄dragesimo offerebat infās ī tēplo ⁊ munera ꝑ eo. Si āt femina peperisset imūda eēt. xviij. diebus. et ī octuagesimo die purificabat sine oblatōe ⁊c. tulerūt inq̄z ihm. xl. die a natiuitate. ī bierlm. s. ī tēplū. parentes e⁹ scz maria mat̄ e⁹ ⁊ ioseph pat̄ ei⁹ putatiu⁹. vt sisterēt eū. s. offerrēt vel ꝓsecrarēt. vt dicit glo. iterli. dño sīc scptū ē ī lege dñi. q omē masculinū adaperiēs vuluā sanctuz dño vocabit. s. ꝑmo nascēs cuiusmodi erāt primogenitꝰ ⁊ vt darēt hostiā sīc scptū ē in lege dñi. s. Leuī. xij. c. par turturū aut duos pullos colūbarū. Gor. ista erat oblatō pauperū q̄ ñ poterāt habere agnū q̄ erat oblatio diuitū. verūtñ ipa btā vgo ꝓciosiorem agnū. s. illū q̄ tollit pcta mūdi obtulit. Sciēdū circa ꝑ ꝑm Ly. q btā vgo ñ tenebat ad ista q̄ dicta sūt d̄ purgatōe. q Leuī. xij. scribit. Mulier si suscepto semīe pepit masculum īmūda erit. vij. dieb⁹ ⁊c. Et iō lex illa ligat tantū mulieres d̄ virili semīe ꝓcipiētes. Qđ nō habuit locū ī btā vgine maria. verū sicut ei⁹ fili⁹ circūcidi voluit ⁊ alia legalia seruare ex sua būilitate. q̄z vis ñ teneret. Sic btā vgo q̄ fuit būlima voluit obꝑuare. ⁊ ecce hō erat ī bierlm. q̄ ē ciuitas sctā. cui nomē symeō. Ly. ex q̄ ptz e⁹ fama. q̄a iter sacdotes erat famos⁹ ⁊ noīat⁹. iust⁹. q̄ ad deū. expectās redēptionē isrl̄. Gor. id ē. ī desiderio boni ꝓmissi. ⁊ spūssanctus erat in eo. Ly. q̄ntū ad grē plenitudinē. q̄a habuit speciales illuminatōes ⁊ ꝓsolatōes diuinas. ⁊ rñsum accepit a spūsctō. Ly. in orōnib⁹ suis deuotis ad deū. nō visurū se mortē. Gor. i. nō se expiturū mortē carnis. nisi ꝑus videret xpm dñi. i. verū messiā ī lege ꝓmissū. ⁊ veīt in spū in tēplū. Ly. prevelatōez spūssancti vt videret xpm sīc fuit ei ꝓmissū. ⁊ cū inducerēt pueri ihm parentes ei⁹. Ly. ad faciendū ea q̄ ꝑdicta sūt ꝑm legē. ⁊ ipe accepit eū ī vlnas suas. Ly. cū maxio cordis gaudio. ⁊ bñdixit deū. gras agēdo d̄ tāto bñficio. ⁊ dixit. Nūc di. ꝑ. tu. do. ꝑm v. t. ī pace. Ly. i. d̄ certo dimittes me d̄ hac vita trāsire ī cordis q̄tē. q. vid̄. o. mei sa. tuū. Gor. i. xpm saluatorē. Ly. letanter ei descendē voluit ad limbū patrū ex q̄ sciebat saluatorē eē natū. Qđ pasti añ faci. o. ꝓpꝛ. Ly. i. corā oib⁹ ꝓpꝛis q̄b⁹ misteriū incarnatōis ⁊ redēptōnis ꝑdicatū ē ꝑ apl̄os ꝑm qđ d̄ in ps. xviij. In oēz terrā ex. so. e. ⁊c. Lumē ad reuela. gen. Ly. q̄ ꝑus error tenebant. ⁊ gl̄az ple. t. isrl̄. ma ḡē ei gl̄a iudeis ad xpi fidē ꝓuersis. q. xps ꝑm carnē natus est de ipsis.

In festo cathedre sancti Petri.

In illo tem. Venit ie/sus in partes cesarie philip. ꝛc. Hoc euāgeliū cū postilla sua quere infra in festo apl̄oꝝ petri et pauli.

In festo sancti Mathie apl̄i. Euā. scōm Mat. xi.

In illo tempore. Re/spondens ies⁹ dixit. Cōfiteboꝛ tibi pater domie celi et terre. qꝛ abscōdisti hec a sapiētib⁹ ꝛ prudētib⁹ ꝛ revelasti ea paruulis. Ita pater quoniā sic fuit placitū ante te. oīa mihi tradita sūt a p̄re meo. et nemo nouit filiū nisi pater. neqꝫ p̄rem q̄s nouit nisi fili⁹. ꝛ cui voluerit fili⁹ revelare. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos. Tollite iugū meū sup̄ vos et discite a me qꝛ mitis sū et humilis coꝛde. et inuenietis requiez animabus vestris. Jugū enim meum suaue est. et onus meū leue.

Postilla

Confiteboꝛ tibi pater dñe celi. ꝛc. Mat. xi. Historia b⁹ euan. facta ē āno xp̄i. xxxj. tōus decēbus. lūa. x. indictiōe. iij. Āñ initiū illius euāgelij scribit sc̄us Mat. i eo. c. qꝛ xp̄s dixit pharisēis ꝛ iudeis. Venit enī ioh̄es neqꝫ māducās neqꝫ bibēs. ꝛ dicūt demoniū hz. Venit fili⁹ hois māducās ꝛ bibēs. ꝛ dicūt Ecce bō voꝛax ꝛ potatoꝛ vini. publicanoꝝ ꝛ pctōꝝ amic⁹. Tūc post h̄ verba seq̄t euan. hodiernuz. Confiteboꝛ tibi pater. Ly. i. ad gl'az tuā declaro. qꝛ abscōdisti h̄ Ly. i. misteria fidei. a sapiētib⁹ ꝛ prudētib⁹. .i. scribis ꝛ pharisēis i sua sapia p̄fidētib⁹. et isti sūt sapiētes i oculis suis .i. ñ simpl'r. ꝛ revelasti ea puulis. Ly. i. būlib⁹ Et ex h̄ pz q̄ cā ex p̄te credentiuz fuit eoꝝ būilitas q̄ ad verā sapiaz disponit. vt dꝛ. Prouerb. xj. Ubi būilitas ibi sapia. Ex p̄te āt ñ credētiū fuit eoꝝ superbia q̄ ē excecatiua intellect⁹. ita pater q̄nā sic fuit placitū ante te. Goꝛ. q. ab scōdisti ab illis ꝛ revelasti istis. oīa mihi tradita sūt. Goꝛ. i. dominiū sup̄ oīa. et nemo nouit filiū nisi pat̄. Goꝛ. ēentialit̄ plene ꝛ pfecte. h dico ppt̄ boies q̄ cognoscunt p fidē. neqꝫ p̄rez q̄s nouit nisi fili⁹. Ly. qꝛ xp̄s ē mediatoꝛ dei ꝛ boim. tō noticia diuinoꝝ ad nos deriuat̄ p̄ p̄m. et tō subdit. et cui voluerit fili⁹ revelare. Ly. et qꝛ di fili⁹ ē mediatoꝛ dei et boim. tō secure possum⁹ accedē ad ip̄m. vñ. d. venite ad me omēs q̄ laboratis ꝛ onerati estis et ego reficiam vos. Ly. in p̄ñti p gr̄az. ꝛ i futuro p gl'am. tollite iugū meū sup̄ vos. Ly. i. legē euāgelicā. ꝛ discite a me qꝛ mitis sum. Ly. nullū ledo. ꝛ būil'coꝛde. neminē p̄tenendo. et inuenietis requiē aiab⁹ vr̄is. .i. ī p̄ñti ꝛ in futuro. vñ Aug. i li. p̄fes. Inqetū ē coꝛ meuz donec req̄escat i te. Que q̄dē quies hic inchoat. .i. i patria p̄ficiet. vt patz Apoc. xiij. Amodo iā dicit sp̄us vt req̄escāt a laboribus suis. iugū ei meū suaue ē. ꝛ on⁹ meuz leue. qꝛ p̄m q̄d dꝛ. j. Joh. v. Māda ta e⁹ gravia nō sūt. Q̄d exponēs Aug. dicit. i. amāti. Ān Rab. q̄d xp̄i iugo suaui⁹. q̄d onere leui⁹. .i. abstinere a malo. bonū velle. omēs amare. ei na seq̄. p̄sentib⁹ ñ capi. nolle aliis facere q̄d nō vis pati.

In festo annūciationis Marie virginis. Euā. scōm Lu. j.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth. ad virginē despōsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid. et nomē virginis maria. et ingressus angel⁹ ad eam dixit. Aue grā plena domin⁹ tecuz. Benedicta tu in mulieribus. Que cū audisset turbata est in sermone ei⁹. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria inuenisti ei grām apud deū Ecce cōcipies i vtero ꝛ paries filiū

et vocabis nomẽ ei⁹ ieſũ. Hic erit magn⁹ et filius altiſſimi vocabitur Et dabit illi domin⁹ ds ſedẽ dauid pris ei⁹. et regnabit ī domo iacob ineternum. ⁊ regni ei⁹ nõ erit finis Dixit ãt maria ad ãgelũ. Quõ fiet iſtud quoniã virũ nõ cognoſco. Et reſpõdẽs ãgel⁹ dixit ei. Spũſſãct⁹ ſuperueniet ī te et virt⁹ altiſſimi ob umbrabit tibi. Ideoq; et qd naſce tur ex te ſanctũ. vocabitur fili⁹ dei ⁊ ecce elizabeth cognata tua ⁊ ipſa ꝓcepit filiũ ī ſenectute ſua. et hic mẽ ſis ẽ ſext⁹ illi que vocatur ſterilis. qz nõ erit ipoſſibile apud deũ omẽ verbũ. Dixit ãt maria. Ecce ãcilla dñi. fiat mihi ſcõm verbũ tuũ.

¶ Poſtilla

Iſſus eſt angel⁹ gabriel a dõ ꝛc. Lu. j. Hiſtoria h⁹ euã. facta ẽ ãno xpi. j. vſuali. viij. kl. apl̃is. feria. vj. lũa. xv. in ditõe. iij. Ñ inti tiũ illi⁹ euãgelij ſcribit ſctũs Lu. i eo. capl̃o qz angel⁹ gabriel apparuit zacharie ī tẽplo dicẽs. Ne timeas zacharia q̃niã exaudita ẽ depcatio tua. Et vxor tua elizabeth pari et tibi filiũ. ⁊ vocabis nomẽ ei⁹ Johannes ⁊ erit magn⁹ coram dño. vinũ ⁊ ſicerã ñ bibet et ſpũſcto replebit adhuc ex vtero matris ſue. ꝛc. Et poſtmodũ ꝓcepit elizabeth vxor ipi⁹ ⁊ occultabat ſe mẽſib⁹. v. dicẽs. Quia ſic fecit mihi dñs ī dieb⁹ q̃bus reſpexit au ferre oppꝛobriũ meũ inter homines. In mẽſe ãt ſexto. ſ. a ꝓceptu ꝑcurſoris Miſſus ẽ an gel⁹ Gor. i. nũci⁹ vel legat⁹ gabriel Ñ Beda. Gabriel fortitudo dr. qz illũ nuncia bat q̃ debellare diabolũ veniebat in ciui tatẽ galilee Gor. ī ciuitate ꝓcipi voluit. qz oẽs homines ad vnitatẽ ſupne ciuitatis voca re venit. ⁊ inhabitare fecit cui nomẽ naza reth vt adimpleret illd ꝓphetic̃ Matth. ij. Quoniã nazarey vocabit. ad vginẽ dſpõ ſatã viro Ly. h diuina ordinatõe factũ eſt vt dſpõſaret anteq; impgnaret. Nõ ex pte pueri ne ab infidelib⁹ tãq; illegitime natus abiiceret. Vñ. di. Amb. ſup Lu. qd hero di qd iudeis poſſit aſcribi si natũ ex adultero videret pſeq. Item vt puer nat⁹ a ioſeph nu triret. vñ dr pat⁹ eius qz nutricius eius fuit. Sc̃do ex pte matris. vt ſm Amb. p h ab infamia liberaret. Item ſm Hiero. vt vgini a ioſeph exhiberet miſterium cui nomẽ ioſeph dr do mo dauid ad oſtendendũ q xps deſcẽdit dſemine dauid ſic fuerat p ppha prdictum. Nã maria ⁊ ioſeph cui dſpõſata fuit. erat de eadẽ tribu. ſ. ipi⁹ dauid. Jugebat enim vt freqntiꝰ mulieres viris de tribu ſua. ⁊ no mẽ vginis maria Ly. q ãt h ponit tot no mina ꝓpria. ſ. angeli miſſi. vginis ad quam miſſus fuit. ſponſi ſui ⁊ loci h fuit ad oſten dendũ certitudinẽ hiſtorie et ingreſſus an gel⁹ ad eã Gor. ex h patz q ñ erat foris in publico. vñ Bern. ſup miſſus ẽ dicit. q in greſſus in ſecreto cubiculo vbi clauſo ſup le oſtio orabat patrẽ ī abſcõdito. Si enim ꝓceptio ꝑcurſoris fuit denũciata pri occu pato ī ſacro officio. vt hẽt Lu. j. multo phabi lius ẽ q ꝓceptio ſaluatoris denũciata fuit vgini ī deuotiõne ⁊ orõne actualiter exiſtẽti. imo aliq doctores polũt q hanc vginem illd di ctũ ꝓphetice actu legit. qd habet Eſa. vij. Ecce vgo ꝓcipiet ⁊ pariet filiũ. q̃ angelus ad eã intrauit dicẽs. Aue grã plena. Qd exponit Hiero. ī hmone de aſſũptõe. Et hñ plena. qz ceteris p ptes pſtat grã. Marie vo tota ſe ſimul infudit plenitudo grẽ. Item iſta grã nõ ſolũ ipleuit eius mentẽ. ſz et vẽtrẽ inq̃ntũ ſingulari grã di factũ ẽ vt ꝓciperet ſaluatorem dominus tecum Ly. non tan tum per eſſentiam potentiaz et pſentiam q̃liter ẽ in oib⁹ rebus. Nec ſolũ p grãm eo mõ q ẽ in ſanctis hoib⁹. ſz et p carnis aſſũ ptionẽ. qz corp⁹ deitati vnitũ. fuit formatũ dbtẽ vginis puriſſimis guttis ſanguineis ⁊ intra vginis viſcera latuit. ix. mẽſib⁹ Bñdi cta tu ī mulieribꝰ Ly. i. p oib⁹ mulieribus nã et mulieres bñdicẽt ī te ſicut viri ī filio. Gor. ſũt enim aliq mulieres bñdicte. qz vgi nes. ſz nõ fecũde. Aliq fecunde. ſz nõ vgines ſed h ſimul vgo ⁊ fecũda q cũ audiſſz tur bata ẽ Ly. btã vgo ſoluta erat videre ange

los.nō de aparitōe angeli ñ fuit admirata vel turbata.sz ō salutatiōe insolita.qz nihil mirabili⁹ē ve būli q̄z sua exaltatio.z ideo cū btā vgo essz būilima audiēs salutatōez tāte excellētie turbata fuit.ñ turbatōe icredulitatis sic zacharias pat ioßis baptiste. vt ōz Lu.j.sz turbata fuit turbatōe admiratiōnis.vñ seq̄t.[turbata ē i ßmone ei⁹.]sc̄z angeli nō ātī visione[z cogitabat q̄lis essz ista salutatio]Ly.q̄ñ ei turbata fuit vgina lē verecūdiā oñdit.q ād cogitauit ō salutatione declarat prudētiā marie.z iō angel⁹ eā ꝓsolabat dicēs[ne timeas maria]ly.de salutatōe isolita.[inuenisti ei grāz apō vo.]nō solū p te.sz p toto genere būano[Ecce ꝓcipies i vtero]ly.ß ꝓceptio facta ē p vtutē spūssancti itra vter vginis corp⁹ filij formātis[z partes filiuz]Ly.vgo pmanēs in partu sic̄ z i ꝓceptu[z vocabis nomē eius ihm]Ly.nō dicit ipones.qz ß nomen fuit ipositū a ō prē ßm qō fuerat pdictū a deo prē.vt bēt Esa.lxij.vocabit tibi nomen nouū.qō os dñi noiauit. Sz illud nomē fuit diuulgatū p angelū ipi marie z ioseph. Jesus āt interptat saluator.vñ ō ß bēt Mat. j.vocabis nomē ei⁹ ihm. Ipe ei saluū faciet pp̄m suū a pctis eoz[ß erit magn⁹]q̄a magn⁹ dñs.vnō ps.xlviij. Magn⁹ dñs et laudabilis nimis.z magtudis ei⁹ ñ ē finis [z filij⁹ altissimi vocabit]ly.i.ip̄i⁹ dei q̄ sol⁹ ē altissim⁹.bō ei alt⁹ē iter creaturas corpales. Sz angel⁹ altior. Be⁹ āt sol⁹ altissim⁹. vnō in ps.lxij. Tu sol⁹ altissim⁹ in oī tra[z dabit illi dñs ds sedē dauid p̄is ei⁹ et regnabit i domo iacob]Goz.i oib⁹ electis quoz vniuersitas itelligit p domū iacob.i.familiā iacob q̄ tota recepta ē i pp̄m dei[ineternū]q̄z z ß p grāz z i futuro p glīaz[z regni ei⁹ nō erit finis.]Ly.rps ei nō solū in q̄ntū ds.sz et in q̄ntū bō regbit ineternū.nō solū sup boies.sz et sup angelos[dixit āt maria ad angelū.qūo fiet istō q̄niā virum nō cognosco]ly.i.cognoscere nō ꝓpono ßm illō qō dicūt doctoresꝫ catholici.Btā vgo ante q̄z desponsaret ioseph babuit obuantiaz castitatis vginalis i desiderio ñ tñ exp̄sse. Sed cū postea ds ordināte essz despōsata ioseph q̄ erat i simili ꝓposito.simul emiserūt votū[et rñdens angel⁹ dixit ei.spūssanctus supueniet i te]Ly.i.nō ꝓcipies modo būano.sz diuino.qz nō vtute semis virilis sz vtute spūssancti[z vtus altissimi obumbrabit tibi]qz i btā virgine sub vmbra carnis latuit vtus deitatis[ideoq̄z z qō nascetur ex te]Goz.i.ex tua vera nata.[sanctū]qz de sancto nō nascet nisi sanctū[vocabit filij⁹ dei]Ly.nō adoptiu⁹ sic alij.sz naturaliter.[ecce elizabeth cognata tua z ipa ꝓcepit filiū i senectute sua.z ß mēsis ē sext⁹ illi q̄ vocat sterilis]Ly.ei⁹ ei sterilitas a tāto tpe iā erat nota q sic vocabat.[qz nō erit impossibile apō deū oē vbū].i.factū.qz dicere dei ē facere.vñ ps.cxlviij.Dixit z facta sūt.ipse mādauit z creata sūt[dixit āt maria.Ecce ācilla dñi]vñ Bern̄.Que ē ßtā sublimis būilitas.q̄ cedere nō nouit bonoz⁹ insolescere gl'a nescit.mater dei eligit.et ancillaz se nominat[Fiat mihi ßm vbū tuū]ly.qō statim factū ē.qz vtute dei ꝓcepit filium.

In festo sanctorum ꝑhilippi et Jacobi. Euangelium scōm Johannem.xiiij.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Non turbetur coz vestruz. creditis in deum et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissē vobis.quia vado parare vobis locum. Et si abiero et preparauero vobis locum.iterum venio et accipiam vos ad meipsum.vt vbi ego sum et vos sitis. et quo ego vado scitis.et viam scitis.Dicit ei thomas.Domine nescim⁹ quo vadis. et quomodo possumus viaz scire. Dicit ei ihesus. Ego suz via veritas et vita. Nemo venit ad patrez nisi per me. Si cognouissetis me z patrez meum vtiqz cognouissetis. et

amodo cognoscetis eum et vidi=
stis eum. dicit ei philippus. domie
ostende nobis patrē et sufficit no
bis. Dicit ei ihesus. Tanto tempore
vobiscum sum et non cognouistis
me. philippe qui videt me videt et
patrem meum. quomodo tu dicis
ostende nobis patrem. non credis
quia ego in patre et pater in me est
verba que ego loquor vobis a me
ipso non loquor. Pater autem in
me manens ipse facit opera. Non
creditis quia ego in patre et pater
in me est. aliōquīn propter opera
ipsa creditē. Amen amen dico vo
bis. Qui credit in me opera que
ego facio et ipse faciet. et maiora
horum faciet quia ego ad patrem
vado. Et quodcunqz petieritis pa
trem in nomine meo hoc faciam.

Postilla

Non turbetur cor

Nvestr. ⁊c. Joh. xiiij. Historiā hui⁹
euāgelij dixit ihs anno e⁹ xxxiij. ix
kl. aplis. feria. v. lūa. iiij. indictōe. vj. Ān ini=
tiū illi⁹ euāgelij scribit sctūs Joh. q petrus
dixit ad ihm post cenā factā. dñe q̄ vadis.
Rndit ihesus. q̄ ego vado non potes me
modo seq̄. seq̄ris āt postea. dicit ei petrus.
q̄re nō possum te seq̄ mō. aiaz meā p te po
nā. Rndit ihs. aiaz tuā p me pones. Āmē
amē dico tibi. nō cātabit gallus donec me
ter neges. et ait discipulis suis. Nō turbe
tur cor vestr. Ly. xps p̄dixerat discipulis
suis inde p̄dictōnē. ⁊ petri negationē. ⁊ suā
passionē ⁊ mortē. q̄ oia erāt discipulis tur
bationis materia. Ideo dicit. Nō turbet
cor vestrum. quasi pusillanimes effecti.
propter illa iam predicta. creditis in deū
et in me credite. Ly. in quo ostendit suaz
deitatem. in domo patris mei māsiones
multe sunt Tho. domus patris hic voca
tur gloria celestis. in qua sūt multi grad⁹
⁊ diuersa premia meritorum. quia alia est
claritas solis. alia lune. alia stellaruz. quia
vnusquisqz q̄nto plus deum ꝑ diligit. tan
to clarius ibi deum videbit. si quo minus
dixissem vobis. Ly. q. d. si in celesti beatitu
dine esset aliq̄d min⁹ et defectuosū dicerez
vobis. quia vado parare vobis locum.
in passione sua aperuit nobis ianuā regni
celestis. et si abiero ⁊ p̄parauero vobis lo
cum. iterum venio. Tho. ꝑ sit in morte cu
iuslibet electi et vltimo ad iudicium extre=
mū. ⁊ accipiam vos ad meip̄m. Tho. id
est. introducā in locū paratū et in mansio
nes celestes. vt vbi ego sum. Tho q̄ sum
caput vestrū. et vos istis. q̄ estis membra
mea. i. vnā mecū gl̄am habeatis. et q̄ ego
vado scitis. scz ad patrē. et viā scitis. Ly.
viā p quā iuit xp̄s. q̄ fuit passio ⁊ mors ipsi
us. dicit ei tho. dñe nescim⁹ q̄ vadis. ⁊ qūo
possum⁹ viā scire. dicit ei ihs. Ego sū via
Ly. inq̄ntū hō. q. oia q̄ gessi in humanitate
sūt via p̄ducēs vos ad gl̄am. veritas et vi
ta. inq̄ntum deus. q. veritas illuminat in
tellectū. et vita quietat ⁊ saciat desiderium
vel sic ꝑm Tho. Ego sum via ducens. veri
tas lucens. vita pascens. vel sic. Ego sū via
non errās. veritas nō fallens. vita ñ mor=
tificans. vñ Amb. Ingrediamur hāc viā.
teneam⁹ veritatē. seq̄mur vitā. Nemo ve
nit ad patrē nisi p me. Ly. in me credēdo
⁊ me ope imitādo. Si cognouissetis me.
Ly. p̄fecte q̄ntū ad deitatē. et patrē meuz
vtiqz cognouissetis. q. pat ⁊ fili⁹ sūt vnū i
deitate. et cognoscetis eū amodo. quia
post resurrectionē suā aperuit illis sensuz
vt intelligerēt scp̄turas. vt habet Lu. xxiiij.
Et ex tunc discipuli xp̄i habuerunt plenio
rem cognitionez de misterio trinitatis. et
vidistis eū. Ly. q. videndo xp̄m viderunt
suppositum filij in q̄ est natura diuina. que
est idem q̄d pater. et sic in filio quodāmo
do patrem viderant. dicit ei philipp⁹. dñe
ostēde nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Ly. q. d.
credo vbis tuis. sz patrem videre desidero
Credidit ei philippus q̄ pater posset videri
oculis corporalibus in hac mortali vita.
Ideo seq̄t. Tanto tempe vobiscum sum

et ñ cognouistis me ‖ly.q.d.magñ ruditas ẽ q tã diu doctinã meã audistis. ⁊ adhuc ita parꝝ me cognoscitis ſm deitatẽ ‖philippe q̃ videt me ‖ly.ſm deitatẽ ‖videt ⁊ pr̃ez meũ ‖Sic ei pat̃ ñ videt nisi cũ bñtudie. sic nec filꝰ i ſua deitate. qz visio ẽ merces ſctoꝝ ‖quo tu dicis oñde nob pr̃ez ‖ly.qz oculis corpalibꝰ nõ ẽ visibil. ‖nõ credis qz ego i pr̃e ⁊ pater in me ẽ ‖ly.q.d.ſtõ debes crede ⁊ sufficit tibi ad salutẽ ‖vba q̃ ego loq̃r vobis a me ipõ nõ loq̃r ‖.i.ab bñanitate tãtũ. ſz deitate ‖pat ãt in me manẽs ipe facit opa. ‖ly.filꝰ ei ⁊ pat sũt vnũ i vtute opatiua. ex q̃ fiebãt opa miraculosa ‖nõ creditis qz ego in pr̃e ⁊ pat in me ẽ ‖Tho.p ide ẽptitatẽ ẽntie ⁊ tñ distinctꝰ psonalit̃ ‖alioq̃n ppt opa ipa credite ‖ly.q.d.si vba nõ inducũt vos ad credendũ. opa miracloꝝ nate vtutẽ trãscẽdentia debẽt vos ad ℞ ducere ‖Amẽ amẽ dico vob. q̃ credit in me opa q̃ ego facio ⁊ ipse faciet ‖Tho.i.similia i genere. qz sic̃ ego curaui infirmos ⁊ suscitaui mortuos. sic ⁊ ipe suscitabit. ⁊ sic de alijs ‖⁊ maiora borꝝ faciet ‖ly.℞ pz ꝓmo qz plꝰ ꝙuersi sũt ad fidem p ꝓdicatõez apl̃oꝝ q̃z p ꝓdicatõez xp̃i. qa p eos ꝙuersa ẽ mltitudo gentiũ. p ꝓdicatõez ãt xp̃i pauci iudeoꝝ. Itẽ apl̃i ꝓdicabãt oibus linguis. vt bẽt Act.ij. Christꝰ ãt ꝓdicabat i vna sola lingua. ſ. hebraica. Scõo in miraculis. qz apl̃i maiora miracula fecerũt Mag nũ enĩ reputatũ fuit q infirmi sanabãt ad tactũ fimbrie vestimẽtoꝝ xp̃i. vt bẽt Mar.vj. Sz maiꝰ videt q ad tactũ vmbre petri sanabãt infirmi. vt pz Act.v. Itẽ xp̃s tres mortuos suscitauit. ſz andreas simul ⁊ semel q̃draginta viros submersos suscitauit. vt bẽt in legenda sua. ‖qz ad patrem vado ‖Tho. vt assistam vultui dei p vobis ‖⁊ si q̃d petieritis pr̃em i noie meo ‖Tho. ptinẽs ad salutẽ. Nã nomẽ eiꝰ ẽ ibus q̃ salnatoꝝ iterp̃tat. ‖℞ faciã ‖Tho. i q̃ ostẽdit q bz eandẽ ptãtem cũ pr̃e ‖℞ faciã. ‖ly.ſ. eadẽ vtute q̃ et pater

¶ In festo inuentionis sancte Crucis.

In illo tempore. Erat

hõ ex phariseis nicodemꝰ noie. ⁊c. Hoc euangeliũ cũ sua postilla quere ante in festo trinitatis.

¶ In festo sancti Johannis ante portam latinam.

In illo tempore. dixit

iesus petro sequere me. conuersus ⁊c. Hoc euãgeliũ cũ sua postilla quere ante in festo sancti Johã. euan.

¶ In festo sancti Johãnis baptiste. Euan. scõm. Lu.

In illo tempore.

Elizabeth impletũ est tempus pariẽdi et peperit filiũ. Et audierũt vicini et cognati eius qz magnificauit dominꝰ miscõiaz suã cũ illa. et congratulabantur ei. Et factũ est in die octano venerũt circũcidere puerꝝ. et vocabant euz noie patris sui zachariã. et respõdens mater eius dixit. Nequaquã sed vocabitur iohannes. et dixerũt ad illã. qz nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc noie. Innuebant aũt patri eiꝰ. quem vellet vocari eũ. et postulans pugillarẽ scripsit dicens. Johannes est nomen eiꝰ. et mirati sũt vniuersi. Apertuz ẽ ãt illico os eiꝰ et lĩgua eiꝰ et loquebatur benedicẽs deũ. Et factꝰ est timor sup oẽs vicinos eoꝝ. et sup oia mõtana iudee diuulgabãt oia verba hec. Et posuerũt omẽs qui audierant in corde suo dicẽtes. quisputas puer iste erit. eteniz manus domini erat cũ illo. et zacharias pater eius implet̃ est spũsancto. et prophetauit dicens. Bene dictus dominus deus israel. quia visitauit et fecit redemptionez plebis sue.

¶ Postilla

Elizabeth ipletū

et tps pariēdi. Lu.j. Historia huius euāgelij facta ē anno xpi.j. vsuali viij. kl'ij. feria. vj. lūa. xvij. indictōe. iij. Hūc initiū illius euā. scribit sctūs Lu. i eo. c. q̄ post q̄z maria ꝓcepit ihm xpm. Exurgēs maria abijt in mōtana z intrauit domū zacharie et salutauit elizabeth. z mānsit cū ea trib⁹ mēsibus. Hā i mēse sexto a ꝓceptōe iohīs venerat maria ad elizabeth. z i mēse nono nat⁹ ē iohēs. vñ ꝫ dicit. ⁊ Elizabeth impletum ē tps pariēdi ⁊ Ly. s. nouē mēsiū. ⁊ ꝓpeperit filiū ⁊ sicut p angelū fuerat ꝓdictū ⁊ audierūt vicini ⁊ ly. i. illi q̄ erāt ei cohabitātes ⁊ et cognati ei⁹ ⁊ q̄ erāt ex ei⁹ cōsanguinitate z affinitate ⁊ q2 magnificauit dñs miscōiam suā cū illa ⁊ ly. i. magnā misericordiaz fecit ei auferēdo sterilitatis opprobriū et dando ei tātuz et talē filiū sicānūciatū mirabiliē. z ꝓceptū supnaturaliē. ⁊ z gratulabāt ei ꝫm qō dixerat angelus zacharie. Hūc in natiuitate ei⁹ gaudebūt ⁊ factū ē die octauo ⁊ s. a natiuitate ꝑcursoris ⁊ venerūt circūcidere puerū ⁊ sic ꝑcipit Geñ. xvij. et q2 in circūcisione ponebāt tūc nomē sicut mō ponitur i baptismo. iō ꝫ dicit. ⁊ z vocabāt eū noīe patris sui zacharīā ⁊ Ly. q2 istud fuit antiq⁹ satis cōmuniter obseruatuz. et adhuc obseruat frequenter maxie i magnis psonis q̄ filij primogenit⁹ noiat noīe patris ⁊ et rñdēs mat ei⁹ dixit. nequaq̄z ⁊ s. vocabit zacharias. ⁊ z vocabit iohēs ⁊ Ly. ꝫ ei sibi a dō fuit reuelatū. q2 a marito nō didicit cū fact⁹ eēt mutus anteq̄z rediret ad eā de templo ⁊ z dixerūt ad illā. q2 nemo ē i cognatōe tua q̄ voceī ꝫ noīe ⁊ s. iohēs. Ly. cognatio ꝫ ꝑpinquitas generis vocat. de q̄ null⁹ sic fuerat vocat⁹ scz de cognatōe elizabeth vel marīi ei⁹ ⁊ Innuebāt āt patri ei⁹ quē vellet vocari euz. ⁊ scz p signa visibilia. Ex q̄ pz q̄ zacharias nō tantū fuit mut⁹ sz etiā surd⁹ Si ei potuisset intelligē vba que fuissent ab eo p vba et nō p talia signa ⁊ z postulans pugillarē ⁊ s. tabulā ad scribendū. ⁊ scpsit dicēs Iohēs est nomē ei⁹. z mirati sūt vniuersi ⁊ Goz. de cōuenientia inter prēz z matrē q̄ntum ad pueri noiationē ⁊ Apertū ē aūt illico os ei⁹ ⁊ goz. nō p morā. q2 nescit tarda molimina spūs sancti grā. vñ Amb. Soluit fides linguam quā incredulitas ligauerat ⁊ z fact⁹ ē timor magn⁹ sup oēs vicinos eoz ⁊ ly. i. admiratio magna. vel timor dei q̄ sic mirabiliē puniuerat zachariā z liberauerat. ⁊ z sup oīa mōtana iudee diuulgabāt oīa vba ꝫ ⁊ Ly. q2 facta insolita z mirabilia libēti⁹ narrāt. ⁊ z posuerūt oēs q̄ audierāt in corde suo ⁊ ly. q2 talia magis memorie cōmēdanī. ⁊ dicētes. quis putas puer iste erit ⁊ q. d. valō magn⁹ erit ⁊ eteni man⁹ dñi erat cū illo ⁊ ly. id ē virtus dei operatiua miraculoz i ei⁹ annūciatōe ꝓceptōe z natiuitate ostēsoz. ex q̄b⁹ rōnabiliē ꝓcludebat magnitudo pueri futura coz̄ deo. sicut ꝓdictuz ē ab angelo zacharie patri ei⁹. Erit ei magn⁹ coram dño ⁊ z zacharias pater ei⁹ implet⁹ ē spūsctō et ꝓphetauit dicēs. Bñdict⁹ dñs deus isrl'. q2 visitauit. ⁊ Goz. dñs ihs gen⁹ hūanū i sua incarnatōe visitauit ⁊ fecit redēptionē ⁊ in sua passione. ps. cxxix. Copiosa apud eum redemptio ⁊ plebis sue israel. ⁊

¶ In festo visitatōnis btē Marie virginis. Euangelium secundum Lucam. j.

In illo tempore. Exurgens aūt maria abijt in mōtana cū festinatōe in ciuitatem iuda et intrauit domuz zacharie et salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutatōnem marie elizabet. exultauit infans in vtero eius. et repleta est spūsancto elizabeth et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu iter mulieres. et benedict⁹ fruct⁹ vētris tui et vnde mihi hoc vt veniat mater domini mei ad me. ecce enī vt facta est vox salutatōnis tue in auribus meis. exultauit in gaudio infans

i vtero meo. Et btā que crédidisti. quoniā perficiētur in te que dicta sūt tibi a domīo. Et ait maria. Magnificat aia mea dominū. Et exultauit spūs me⁹ i deo salutari meo.

Postilla

Surgens maria abijt i mōtana ⁊c. Lu. j. Historia b⁹ euan. facta ē ānō xpi. j. vsuali. ij. nonas aplis. feria. ij. lūa. j. inditōne. iij. Et reuersa ē i domū suā ānō xpi vbi supra. iij. nonas iulij. sabbato. lūa. iiij. inditione. iij. Añ initiū illi⁹ euā. scribit sctūs Lu. qñ angel⁹ i annūciatōe dñi dixit ad mariā mrēz xpi. ⁊ ecce elizabeth cognata tua ⁊ ipa cōcepit filiū i senectute sua. ⁊ h̄ ē mēsis sext⁹ illi q̄ vocat sterilis. q⁹ ñ erit ipossibile apd deū oē vbū. Dixit āt maria. Ecce ancilla dñi fiat mihi ꝑm vbū tuū. et discessit ab ea āgel⁹. ⁊ stati seq̄t. Exurgēs maria .i. ō loco in q̄ erat gñ āgel⁹ ad eā veit ⁊ abijt i mōtana Ly. q⁹ loc⁹ vbi habitabat zacharias erat altior q̄z galilea a q̄ recessit maria cū festinatione ly. vt oñderet q⁹ vgo ñ dz morari in loco publico necibi ꝓbere colloq̄a in ciuitatē iuda .i. hierlm ⁊ salutauit elizabeth Ly. q⁹ erat hūlima ⁊ q⁹ ad ei⁹ obsequiū venerat ⁊ factū ē vt audiuit salutatōz marie elizabeth. exultauit infans i vtero ei⁹ Glo. sic illa aduētū marie. sic iste aduētū dñi sē sit. Gor. ecce q̄z magne vtutis ē btē vginis salutatio. q⁹ ꝓfert gaudiū. ꝓfert ⁊ spūm sanctū. ꝓfert ⁊ reuelationē secretoz diuinoz. ꝓfert ⁊ ppbetie actū. Et nō certe libenē salutāda ē ppē reuelatōis lucrū. Bñ ergo maria potuit oze salutare. q̄ salutez habebat i vētre ⁊ i corde ⁊ repleta ē spūsc̄o elizabeth ⁊ exclamauit voce mag̃ Ly. ista mag̃tudo vocis itelligēda ē tā rōne deuotōis q̄z sonī exterioris Bñdicta tu iter mulieres ⁊ bñ ē sup oēs mulieres ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ ventris tui vñ i ps. cxvij. Bñdict⁹ q̄ veit i noīe dñi bs dñs ⁊ illuxit nob ⁊ vñ mihi ℟. vt veiat mat dñi mei ad me Ly. ista ei nō poterat scire nisi p reuelatōez spūssancti. ecce ei vt facta ē vox salutatōis tue i aurib⁹ meis. exultauit i gaudio infās i vtero meo Ly. elizabeth p spūm sanctū cognouit q⁹ illa exultatio fuit ppē pñtiā dñi i vtero vginali. ⁊ btā q̄ credidisti Ly. q⁹ passensū fidi ꝓcepit q̄niā pficient in te q̄ dicta sūt tibi a dño. Ly. p angelū nūciantē ⁊ ait maria. Magnificat aia mea Ly. nō tantū labia mea dñm cui debetur laus ⁊ bonor ⁊ exultauit Gor. nō pigritauit. vt ptz Habacuc. iij. Exultabo in deo ieſu meo i deo nō i mūdo. vñ ps. lxxvj. Renuit ꝓsolari aīa mea memor fui dī ⁊ delectat⁹ sū salutari meo q̄ ē me⁹ ppr⁹ filius p generatōem. ⁊ saluator omniū p suā passionē.

In festo sancti Petri apli. Euā. scōm Mat. xvj.

In illo tempore. Venit ieſus in partes cesarie philippi. et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicūt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alij Johannē baptistam. alij aūt heliā. alij vero hieremiā. aut vnū ex ꝓphetis. Dicit illis ieſus. Vos aūt quez me esse dicitis. Respondens simon petrus dixit. Tu es xp̄us fili⁹ dei viui. Respōdens aūt ieſus dixit ei. Beatus es simon bariona. q⁹ caro et sanguis nō reuelauit tibi. sz pater me⁹ qui est in celis. et ego dico tibi. q⁹ tu es petr⁹ et super hanc petrā edificabo eccleſiā meā. et porte inferi non ꝓeualebunt aduersus eaz. Et tibi dabo claues regni celorum. et quodcūq̄z ligaueris super terram erit ligatum et in celis. et quodcūq̄z solueris super terram erit solutum et in celis.

Postilla

Venit ieſus in partes cesarie. ⁊c. Mat. xvj. Historia b⁹ euan. facta ē anno xpi. xxxij. iij.

kal'.augusti.feria.iiij.lũa.xij.inditõe.v.Añ
initiũ illi⁹ euãgelij scribit sctũs Mat.i eo.
ca.q xp̃s dixit discipulis suis.Cauete a fer
mẽto phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ.at illi cogita
bãt iter se dicẽtes.q panes non accepim⁹
Sciẽs ãt ihs dixit.quid cogitatis iter vos
modice fidei.q panes ñ habetis. Nondũ
itelligitis.neq recordamini q̃nq panũ et
q̃nq miliũ hoim .ꝛ q̃t cophinos sũpsistis.
neq septẽ panũ ꝛ q̃ttuoꝝ milia hoim .ꝛ q̃t
sportas sũpsistis.q̃re ñ intelligitis.q nõ d
pane dixi vobis. Cauete a fermẽto pharis
seoꝝ ꝛ saduceoꝝ.Tũc itellexerũt q nõ dixe
rat cauendũ a fermẽto panũ.sz a doctrina
phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ.Tũc statĩ seq̃t euan
geliũ bo.¶ Uenit ihs ĩ ptes cesarie philippi ¶
ly.Cesaria philippi ẽ ciuitas ĩ termiis iudee
quã philipp⁹ fili⁹ herodis inouauit ꝛ reedi
ficauit.q antiq⁹ dicta ẽ lachis.sz postmoꝝ
noiauit eã cesariã i bonorẽ tyberij cesaris
q dedit ei q̃rtã ptẽ regni. vt dicit Joseph⁹.
Dicit̃ et cesaria philippi ad differentiã alte
rius ciuitatis que dr cesaria palestine. vbi
corneli⁹ cẽturio mãsit.vt pz Act.x.¶ Inter
gabat discipulos suos ¶ Ly.nõ ignorãs q̃d
crederẽt vel q̃d rñderẽt.sz vt eoꝝ fideli pfes
sione pueniẽt⁹ solidarẽt ĩ fide.¶ quẽ dicũt
homines eẽ filiũ hominis ¶ Ly.i.turbe vulgares
q de ipo erãt varie opiniones ĩ ppo. ¶ At
illi dixerũt.alij iohem baptistã ¶ c⁹ opiniois
fuit herodes ꝛ sui seqces.vt pz Mathẽ.xiiij
Audiuit herodes famaz ihu.ꝛ ait pueris
suis.Hẽ iohes baptista ipe surrexit a moꝝ
tuis.ꝛ iõ virtutes operãt ĩ eo. ¶ alij ãt heliã ¶
ppt zelũ vitatis¶ alij vo hieremiã ¶ ppt pa
tientiã ĩ aduersis¶ aut vnũ ex ppbetis. ¶ scz
heliseũ.ppt excellentiã sapiẽtie¶ vos autẽ
quẽ me eẽ dicitis. ¶ Ly.q.d.Si alij errãt opi
nione falsa.vos tñ nõ debetis errare q̃ tã
diu mecũ fuistis.ꝛ meã doctrinã freq̃nter
audiuistis.ꝛ miracla tãta vidistis¶ rñdẽs
pe.di. ¶ y.petr⁹ tãq̃z pncipalis iter alios p
se ꝛ pro aliis dedit rñsum¶ tu es xp̃s ¶ Ly.q̃ in
terpt̃at vnct⁹.ꝛ sic pfiteꝛ e⁹ hũanitatẽ¶ fili⁹
dei ¶ s.naturalis ꝛ nõ adoptiu⁹ sic alij.Et p
pfequẽs eiusdẽ nature cũ deo pr̃ẽ.ꝛ sic pfi
tetur vitatẽ diuĩe nature et hũane in eodẽ
suppsito¶ viui ¶ Addit ad differentiã illo
rũ q̃ colebant tanq̃z dij a gentib⁹.vt hercu
les ꝛ iupiter.ꝛ sic de alijs¶ rñdẽs ãt ihs di
xit.Btus es simon bariona ¶ i.fili⁹ iohan
nis.vñ Hiero.dic̃ q deberet dici bariohã
na.Bar ei idem ẽ q fili⁹.iohãna q̃si fili⁹ Jo
hannis.ꝑm illud Joh.xxi.Simõ iohan.di.
me pl⁹ bis.sed scptoꝝ vicio deprauatũ ẽ.dr
ãt h.Btus es simon bariona.q scz pfessio
vere fidei ducit ad beatitudinẽ.¶ q caro et
sanguis nõ reuelauit tibi. ¶ ly.i.hõ mortal'
nõ docuit te istã vitatẽ¶ sz pat̃ me⁹ ¶ ꝛ p pse
quẽs tota trinitas.q idiuisa sũt opa trini
tatis¶ ꝛ ego dico tibi q tu es petr⁹ ¶ Ly.id ẽ
pfessor vere petre que ẽ xp̃s¶ ꝛ supbãc pe
trã ¶ quã cõfessus es.i.supxp̃m¶ edificabo
ecclesiã meã .ꝛ porte inferi ¶ .i.psecutiones
tyrannoꝝ et insult⁹ ꝛ tẽtationes spirituũ
imũdoꝝ¶ nõ pualebũt aduersus eã. ¶ a vã
fide subuertẽdo.¶ ꝛ tibi dabo claues regni
celoꝝ ¶ Ly.iste claues nõ sũt materiales.sz
potestas spũalis q̃ duplex ẽ.Una est ptãs
spũalis discernendi peccatum a non pctõ
sicut ĩ veteri lege sacerdotes iudicabãt iter
lepr̃ã ꝛ nõ lepr̃ã.Alia claues ẽ ptãs admit
tẽdi ad regnũ vel excludẽdi ꝑm veruz iudi
ciũ pphabitũ.q debẽt indigni excludi .et di
gni recipi.¶ et q̃cũq̃z ligaueris. ¶ Gor.cla
ue nõ errãte¶ sup terrã ¶ ly.s.cũ debito vsu
clauiũ¶ erit ligatũ ꝛ ĩ celis.et q̃cũq̃z solue
ris supterrã erit solutũ ꝛ in celis. ¶ .i. deus
illud a pprobat in celis.

¶ In festo sancte Margarethe

In illo tempoꝛe.

Dixit iesus discipulis suis
parabolam hanc.Simile ẽ
regnum celoꝝ thesauro abscondi
to.ꝛc. Hoc euangeliuz cum sua po
stilla quere infra in cõmuni sctõꝝ
de virginib⁹

¶ In festo sancte marie magdale
ne.Euã scõm Lu.vij.

In illo tempoꝛe. Ro/

gabat ieſū quidā phariſeꝰ vt mādu
caret cū illo. Et īgreſſꝰ domū phari
ſei diſcubuit. Et ecce mulier q̄ erat
ī ciuitate peccatrix vt cognouit q̄
ieſꝰ accūbuit ī domo phariſei. attu
lit alabaſtꝝ vnguēti et ſtans retro
ſecꝰ pedes eius lacrimis cepit riga
re pedes eiꝰ. et capillis capitis ſui
tergebat ⁊ oſculabaī pedes eiꝰ ⁊ vn
guēto vngebat. Uidēs āt phariſeꝰ
qui vocauerat ipſū. ait ītra ſe dicēs
hic ſi eſſet ꝓpheta ſciret vtiq̄ que
et qualis ē mulier que tāgit euꝫ q̄
peccatrix ē. Et reſpōdens ieſꝰ dixit
ad illū. Simon habeo tibi aliq̄d di
cere. at ille ait. Magiſter dic. Duo
debitores erāt cuidam feneratori.
vnꝰ debebat denarios quīgentos.
et aliꝰ quīquagīta. nō habētibꝰ illis
vnde redderent donauit vtriſq̄.
quis ergo eū plꝰ diligit. Reſpōdēs
ſimon dixit. eſtimo q̄ is cui plꝰ do
nauit. at ille dixit ei. recte iudicaſti.
et conuerſus ad mulierem dixit ſi
moni. vides hanc mulierem. intra
ui in domū tuā aquā pedibꝰ meis
nō dediſti. hec āt lacrimis rigauit
pedes meos et capillis ſuis terſit.
oſculū mihi nō dediſti. hec autē ex
quo ītraui nō ceſſauit oſculari pe
des meos. oleo caput meū nō vn
xiſti. hec āt vnguento vnxit pedes
meos. ꝓpter q̄ dico tibi remittū
tur ei pctā mlta quoniā dilexit mlt
tum. Cui autē minꝰ dimittitur. mi
nus diligit. Dixit aūt ad illā. remit
tūtur tibi pctā tua. et ceperūt qui
ſimul accūbebāt dicere ītra ſe. q̄s
eſt hic qui etiā pctā dimittit. Dixit
āt ad mulierem. Fides tua te ſal
uam fecit. vade in pace.

Poſtilla

Rogabat ieſū qui
dam phariſeꝰ ⁊c. Luc. vij. Matth.
xxvj. Mar. xiiij. Joh. xij. Hiſtoria
huius euangelij facta eſt anno xpi. xxxiij.
idꝰ decembris. feria. vj. luna. xiiij. indictione
iiij. Ante initiū illiꝰ euangelij ſcribit ſctūs
Lucas in eodem capto. q̄ xps dixit phari
ſeis et ſcribis. Uenit enī Johannes bapti
ſta neq; manducās panem neq; bibēs vi
num. et dicitis demoniū habet. venit filius
hoīs manducans ⁊ bibēs. et dicitis. ecce
homo vorator et bibēs vinū. amicꝰ publi
canoꝝ ⁊ peccatoꝝ. Et tūc ſeq̄t euāgeliū ho.
⁊ Rogabat iēm q̄dam phariſeꝰ vt mādu
caret cum illo. et ingreſſus domū phariſei
diſcubuit ⁊ Ly. legitur aūt xpm māducaſſe
cuꝫ peccatoribꝰ vt eos ad penitentiam in
duceret. vt habetur Matth. ix. Item cum
amicis et familiaribꝰ. vt eoꝝ deuotionem
augmentaret. vt ō. Jo. xj. de martha ⁊ ma
ria magdalena. Item cū cognatis paupe
ribus vt eoꝝ inopiam ſupplereꝰ. vt habetur
Joh. ij. de nuptijs. vbi deficiente vino xps
aquam ꝓuertit in vinū. Item cum phari
ſeis ſupbientibꝰ vt eoꝝ ſupbiam ꝓfutaret.
put hic habet vt videbitur in ꝓſequendo.
⁊ et ecce mulier ⁊ Gor. ſcz maria magdale
na. ſz nō noiatur hic. q̄a adducerat in ſta
tu culpe ſm opinionem boīm ⁊ q̄ erat in ci
uitate ⁊ Ly. vbi multi boīes ſunt. ex q̄ ꝓuin
citur q̄ multos attraxerat ad peccatū ⁊ pec
catrix ⁊ Ly. ſed iam de peccatis plene ⁊ per
fecte cōtrita ⁊ vt cognouit q̄ ieſus ⁊ .i. ſalua
tor ⁊ accubuiſſet in domo phariſei. attulit ⁊
ſcz ſtatim ⁊ alabaſtꝝ vngenti ⁊ .i. vas alaba
ſtreum vnguento plenū ⁊ ⁊ ſtās retro ⁊ Ly.
q̄ ꝓ verecūdia ſui peccati non audebat ſe
anteponere. ⁊ lacrimis cepit rigare pedes
eius ⁊ Ly. ex q̄b patet magnitudo ꝓtritōis
ex quo tantū fleuit q̄ potuit lauare pedes
vniꝰ boīs nudis pedibꝰ incedētis ⁊ ⁊ capil
lis capitis ſui tergebat ⁊ Ly. q̄bꝰ añ ad com
poſitionē vultꝰ eius abuſa fuerat. ⁊ et oſcu
la. pe. eiꝰ ⁊ vt totū ſeruiret ī pnīa. q̄ q̄d ex ſe
deū ꝓtēpſerat ī culpa. ſm q̄d dicit Greg. ⁊ et
vnguento vngebat ⁊ Ly. ad refrigeriū calo
ris ⁊ mitigatōez doloris ex labore itineris
Añ greg. vnguētuz q̄ ſibi turpit exhibue
rat. Et iam deo laudabilit offerebat. ⁊ videa

aũt phariseꝰ ⁊ Gor. ad ꝑdictã mulierẽ plo-
rantẽ nec cõpatiẽs. ⁊ ait ĩtra se ⁊ .s. occulte ꝑ
bospitẽ suũ murmurãdo. ⁊ dicẽs ℞ si esset p
pheta ⁊ verꝰ sciẽs occulta ⁊ ciret vtiqz quez
qlis est mulier ⁊ Gor. q ẽ in. pſona ⁊ qlis in
vita ⁊ qz peccatrix ẽ ⁊ ñ deberz se tãgi pmit
tere ab ea ⁊ rñdẽs ihc ⁊ Gor. s. cogitationi
eiꝰ q̃ soli dõ nota ẽ. ĩ q̃ oñdit se plꝰ q̃z ppha
Vñ ps. xcvij. Bñs scit cogitatões hoim.
⁊ simon habeo tibi aliq̃d dicere. at ille ait,
magister dic. Duo debitores erãt cuidã fe
neratori ⁊ Gor. sensus lr̃alis planꝰ ẽ. missti
ce. fenerator iste deũ sigficat. q̃ ꝓ culpa mo
mẽtanea penã eĩnã exigit ⁊ ꝓ dõis grãz
exigit meritum bonoz opez. ⁊ duo debito
res ⁊ Gor. duo stat⁹ pctoz ⁊ erãt cuidã fene
ratori ⁊ .i. deo ⁊ vnꝰ debebat denarios q̃ngẽ
tos. ⁊ aliꝰ q̃nq̃ginta ⁊ .s. q̃ plꝰ peccauerat ⁊ ñ
habẽtib⁹ illis vñ redderẽt ⁊ qz nullꝰ pctoz ñ
a debitis ꝑt absolui ꝓprijs viribus absq;
grã. vt ps Job. xv. sine me nihil potestis fa
cere ⁊ donauit vtriſqz ⁊ .i. ꝑdonauit ⁊ q̃s er-
go eũ plꝰ diligit. rñdens simõ dixit. estimo
qz is cui plꝰ donauit ⁊ .i. ꝑdonauit ⁊ elaxan
do. ⁊ at ille dixit. recte iudicasti ⁊ qz sicut dic
Greg. Cũ crescũt dona crescũt ⁊ rões do
noz ⁊ q̃uersus ad mulierẽ ⁊ Gor. ꝓ miseri
cordiã. ds eĩ a pctoribꝰ auertit faciẽ suam.
ſm illud Deut. xxxij. abscondã faciẽ meaz
ab eis. sz ad penitẽtes se q̃uertit. vt ps Zach.
j. Cõuertimĩ ad me ⁊ ego q̃uertar ad vos.
⁊ dixit simoni. vides hãc mulierẽ. ĩtraui in
domũ tuã. aquã pedib⁹ meis nõ dedisti. ⁊
Ly. q̃ ñ erãt lutosi seu puluerizati. eo q̃ sñ
calciamẽtis incedebat ⁊ ℞ ãt lacrimis riga
uit pedes meos ⁊ capillis suis tersit. osculũ
mihi ñ dedisti ⁊ Ly. qd̃ ẽ amicicie signũ. ⁊ ℞
ãt ex q̃ intraui nõ cessauit osculari pedes
meos ⁊ q. d. nõ solũ vnũ osculũ dedit mihi
sz mlt̃iplex ⁊ oleo caput meũ ñ vnxisti ⁊ gor.
qd̃ solet fieri ĩ signũ lencie ⁊ hilaritatis. ſm
illd̃ ps. xliij. vnxit te ds deus tuus oleo. ꝛc. ⁊ p
pter qd̃ dico tibi. remittũt ei pcta mlt̃a. ⁊ cz
mulieri penitẽti ⁊ q̃niã dilexit mlt̃ũ ⁊ .i. ꝑde.
uij. Caritas operit mlt̃itudinẽ pctoz. vt ps
Prouerb. x. vniuersa delicta opit caritas.

⁊ cui ãt minꝰ dimittit minus diligit ⁊ Ly. re
missio ei culpe aut nulla ẽ. aut tota ⁊ simul.
sz remissio pene fit ꝓptes ⁊ non tota simul
de cõmuni cursu sz aliq̃n fiat tota sil̃ ꝓpter
feruoꝛẽ penitẽtis ⁊ ex libtate dei. ⁊ ℞ ĩ ꝓpo-
sito ĩ hac muliere. idõ seq̃t. ⁊ remittunt tibi
pcta tua ⁊ Ly. nõ solũ q̃ntũ ad culpã. sz etiã
q̃ntũ ad penã ex vehemẽti amore dĩ ⁊ boz-
roze pctĩ ꝓteriti. Gor. et ponit ℞ pñs ꝓ ꝓte-
rito. ⁊ remittũt. ⁊ .i. remissa sũt ⁊ ceperũt q̃ sil̃
accũbebãt dicere ĩtra se. q̃s ẽ ℞ q̃ etiã pcta
dimittit ⁊ Ly. ℞ dicebãt qz videbãt tantũ hu
manitatẽ exteri⁹ apparentez. sz ignorabant
deitatẽ interiꝰ latentẽ. q̃ pctã ꝓt dimittẽ ⁊ di
xit ãt ad mulierẽ fides tua ⁊ Gor. i. fides ti-
bi a dõ infusa ⁊ saluã te fecĩ ⁊ Unde Beda. fi
des te saluã fecĩ. qz q̃d petist posse se accipe
nõ dubitauit. ⁊ vade ĩ pace ⁊ Gor. .i. ĩ quiete
et a cessatione a vicijs. vt ps Roz. v. iustifi
cati ex fide pacẽ habeamꝰ

¶ In festo sancti Jacobi apli euã-
geliũ scdm Mat. xx.

Illo tempoze.

Accessit ad iesũ mater filio
rũ zebedei cũ filijs suis ado-
rans et petens aliquid ab eo. qui
dixit ei. q̃d vis. ait illi. Dic vt sedeã
ant hi duo filij mei. vnꝰ ad dexterã
tuã ⁊ aliꝰ ad sinistrã tuã ĩ regno tuo
rñdẽs ãt ihcꝰ dixit. nescitis quid pe
tatis. potestis bibere calicez quem
ego bibitur⁹ sũ. dicũt ei. possumus
ait illi. calicẽ quidẽ meũ bibetis. se
dere ãt ad dexterã meã vel sinistrã
nõ est meũ dare vobis. sz quibꝰ pa-
ratũ est a patre meo.

¶ Postilla

Accessit ad iesum

mater filioz ꝛc. Mat. xx. Mar. x.
Lu. xvij. Historia bꝰ euã. fctã ẽ an
no xpi. xxxiij. xvij. kl̃. aplis. feria. iij. luna. vj
indictõe. vj. Añ initiũ illiꝰ euã. scribit scũs
